EVRIPIDIS HYPSIPYLA

CVM NOTIS CRITICIS ET EXEGETICIS

EDIDIT

G. ITALIE

APVD AEMILIVM EBERING
BEROLINI
MCMXXIII

EVRIPIDIS HYPSIPYLA

CVM NOTIS CRITICIS ET EXEGETICIS

EDIDIT

G. ITALIE

APVD AEMILIVM EBERING
BEROLINI
MCMXXIII

VXORI SACRVM

Praefatio.

Tironis non esse tragici poetae textum edere cum probe intellegerem, tamen hanc novam Hypsipylae editionem parare ausus sum. Quem ut susciperem laborem multa me stimulabant. Abhinc annos fere decem novissima prodiit editio, quam ob rem textum retractare haud inutile videri possit. Ac multi quidem per illud temporis spatium Hypsipylae operam dederunt, nondum tamen de hac materie tam immensa copia librorum dissertationumque quam de tragoediis bene servatis scripta est, ita ut legendi, excutiendi, perscrutandi labor intra modicos maneret fines. Praeterea textui incrementa quaedam quamvis exigui ambitus afferri possunt. Postremo cum textus, ubi integer est, haud magnas difficultates praebeat, ubi mutila est condicione, ingenium delectatione quadam divinandi et intellegendi alliciat, hoc opus temptare animus ferebat.

I.

Editio princeps, quam curaverant clarissimi illi viri Grenfell et Hunt, opera et consilio adiuvantibus viris doctis v. Wilamowitz-Möllendorff, Bury, Murray, prodiit anno 1908. Continet fragmenta 116, quorum duae fere partes propter exiguitatem nullius sunt pretii.

Paginae sinistrae papyri textum quam diligentissime exscriptum praebent, dextrae editionem qualem lectores hodierni desiderant, digestam, correctam, expletam.

Accedunt prolegomena, versio Britannica, commentarius criticus et exegeticus. Eximia illa editio apud omnes peritos dignam tulit laudem.

Anno 1909 Hypsipylam edidit v. Herwerden, „in usum studiosae iuventutis“. Sed hic libellus innumeris typothetarum erroribus deformatus non nisi editionis principis annotationes paucis tantum additis praebet.

Editionem minorem anno 1912 publici iuris fecit Hunt (in libello qui inscribitur Tragicorum Graecorum Fragmenta Papyracea) quae textum apparatu critico instructum editioni principi similem[1] continet.

Denique anno 1913 prodiit Arnimii Supplementum Euripideum, et alia et Hypsipylae fragmenta praecipua continens cum notis brevissimis utilissimisque. Permulti versus sententiae illustrandae causa expleti sunt, nonnunquam audacius, venuste plerumque, semper ingeniose.

In hac editione paranda quantum potui ea quae inde ab anno 1908 de Hypsipyla scripta sunt in usum meum convertere conatus sum. Fragmentorum quae nullius sunt pretii omisi et textum latine vertere supersedi. Coniecturas perpaucas recepi nec editorum supplementis lectoris mentem praeoccupare volui.

P. Petrie Aucta est editio haec fragmento quodam (Flind. Petrie Pap. II, p. 160, n. 49 c), quod indicavit Fr. Petersen (Herm. 49, 1914, p. 156 sqq.), cuius vs. 9 respondet Hypsipylae fr. 60, 7. Ex collatione nova, quam viro docto Kenyon debebat Petersen (Herm. ib. p. 623 sqq.), fragmentum illud Hyps. fr. 22, 10 sq. et 60, 1 — 19 continere apparebat; itaque fr. 22 ante fr. 60 collocandum esse constat. Fr. 60, 6 et 12 varias lectiones praebet Pap. Petrie, quarum prior propter papyri condicionem non iam accurate cognosci potest. Utroque loco papyri O. lectionem praefert Petersen.

Ipse fr. 1 V 14 — 18 addidi fr. 75, et eiusdem fragmenti vs. 20 sq. restitui ex fr. adesp. 350 N.

Papyri O. imagine ‘rotographica’ usus sum; quae quamquam minorem habet auctoritatem imaginibus phototypicis, occasionem tamen dedit textus comparandi cum editione I. Sed nusquam alia quam Grenfell et Hunt legerant in papyro esse mihi visum est.

II.

„Rotuli papyracei frontem occupaverunt acta quaedam argentaria primi P. C. saeculi; in tergo scripta est fabula Euripidea exeunte saeculo, ut videtur, altero, litteris in dextram inclinatis quae formam plerumque uncialem habent. Personarum nomina paragraphos versuum numeros centenarios appinxit ipse libra-

1. Fr. 1 Col. V feliciter inseruit fr. 5 et 65.

rius, qui idem aliqua ex parte puncta accentus et cetera eius generis signa sine dubio intulit; non nulla tamen a correctore profecta esse possunt quem textum emendasse constat, etsi interdum minime liquet utrum prima an altera manus mutationis fecerit".

His verbis (Hunt, Fragm. Trag. Pap. p. VII) breviter comprehensa sunt quae in editione I p. 20 sq. de papyro nostra leguntur. Quam descriptionem cum hic repetere me iudice opus non sit, tamen addere quaedam haud inutile mihi videtur.

In papyro accentus permulti positi sunt, interdum falsi: 1 I 4 *ἐκρουσάτε* et *νεάνιαι*; 1 II 17 *ἡ*; 1 IV 11 *τοῦσδε*; 6,1 *χερνίβα*; 60 I 9 *ἦδε*; ib. 60 *ἐγῶ*; 60 II 116 *πειθῶ*; 64 II 66 *τῆνδε*. Circumflexus in diphthongis ambas vocales *περισπᾶ*, acutus supra priorem scriptus esse solet: 1 II 5 *ἄυξημα*; ib. 17 *σάιρεις*; ib. 18 *δόυλα* etc. Occurrunt etiam *πὲρι* 1 II 23; *μὸνὸβάμονες* 1 II 38; *μὴλὸβὸσκα* 1 IV 24; *γὸργῶπα* 18; *κυ]πὰρισσόροδον* 58, 10; *παρὰινῶ* 60 II 89; *πὸλλον* 64 II 74; *πεὶθὼ* 83, 1[1]. Hic illic accentus ante encliticam invenitur: 1 II 18 *ὅιά τε*; ib. 37 *τόξά τε*; 1 IV 1 *ἄγαγέ ποτε*; ib. 28 *κληδοῦχός ἐστι*; 57, 2 *Διονυσός τε*; ib. 9 *ἀνά τ'*; 60 II 102 *ἀγωνά τ'*; 64 II 58 *τέκνά τ'*; ib. 86 *ἄγαγόν με*; ib. 96 *δακρυά τ'*; ib. 101 *μοῦσάν με*; 82, 3].*αδέ τις*[.

Praeterea habet papyrus *χῶ'ρας* 1 III 27 et *ἔ'στιν* 63, 3 (i. e. barytonus corr. in acutum).

Spiritus haud pauci scripti sunt, lenes autem perraro: 1 II 24 *ὄζοις*; 60 II 72 *ἠκόντισε*. Contra 1 III 9 *ἴηιον*; 1 IV 13 *ἐσθῆσι*. Habes etiam *ευἅμερος* 64 II 62; *ανἑρμήνευτον* 1 IV 18; quae ex eo nata videntur quod scribae neglegentia composita non perspexit. De 22, 8 *εξάμα*[non constat. Occurrunt et *ὅια* 1 II 18; *ὁι* 20, 3; *ὁυτω* 60 I 5; *ὁυνεκ*[ib. 8; *ὁν* 83, 3; et *εἱς* 1 V 6; *οὗ* 18,4.

Saepe eliditur, praesertim *δ'*, *τ'*, *γ'*. Ante adspiratam non semper *δασύνεται*, e. g. *τ' υπειδομην* 60 I 37.

Supra *ι* plus vicies punctus positi sunt[2] (septies supra *ι* aoristi *ἰδεῖν* vel *ἰδέσθαι*). Bis occurrit *οἴκλεους* (1 IV 42; 60 I 15), quae est forma Homerica.

Tota papyrus parum accurate scripta est; multis tamen locis corrigitur aliquid (quod in annotatione critica designavi isdem [[can-

1. Cf. V. Gardthausen, Griech. Palaeographie II 1913², p. 389.
2. Cf. E. Mayser, Gramm. d. griech. Papyri aus der Ptolemäerzeit 1906 p. 53.

cellis]] quibus ed. I). Interpunctio fere nulla est. Quantitatis signa aliquot praebet papyrus necnon curvas lineolas infra vocabula composita.

Supersunt litterae *δ*, *ζ*, *η*, *ϑ*, *λ*, *π* in margine scriptae ad vs. 400, 600, 700, 800, 1100, 1600. Scholion extat 64 I 50 sq.

III.

Ex fragmento 64 cognoscimus fere quo modo Hypsipylae historiam tractaverit poeta; quae in prologo ab ipsa Hypsipyla narrata erant, perierunt, sed hunc secundum Euripidem rerum fuisse ordinem verisimile mihi videtur:[1]

Argonautae postquam Colchorum in terram navigantes ad Lemnum appulerunt, aliquamdiu ibi morati sunt.

Mulierum respublica insula erat, quam regnabat Hypsipyla.[2] Viri enim omnes a feminis aemulatione impulsis trucidati erant;[3] una Hypsipyla patri grandaevo, Thoanti regi, pepercerat; quem *ἐν λάρνακι* maris undis commiserat (Apoll. Rhod. I 622).

Deinde Argonautis cum feminis Lemniis amoris consuetudo erat. Hypsipylam duxit Iason;[4] quae ex eo gravida facta est. Mox Argonautae proficiscuntur. Hypsipyla necessario in insula relicta geminos parit.

Sed nescio quo modo Thoanti ab ea temperatum esse patefit. Liberis relictis feminas iratas effugere conata in litus pervenit, ubi a nautis peregrinis deprehenditur, qui Naupliam eam ducunt. Postremo Nemeae Lycurgi serva facta est.

Interim Argonautae vellere aureo potiti redeunt iterumque ad Lemnum appellunt. Hypsipylam nusquam invenit Iason nec quid ei acciderit cognoscere potest. Cum filiolis igitur Iolcum vehitur.[5] Iasone mortuo negotium eos erudiendi suscipit Orpheus,

---

1. Vid. Excurs. III.

2. Cf. Pind. Ol. 4, 19 sqq.; Pyth. 4, 252 sqq.

3. *τὸ Λήμνιον κακόν* Herod. 6, 138 (cf. schol. Eur. Hec. 887); Aesch. Cho. 631.

4. Cf. Hom. H 467 sqq.; etiam *μ* 70 *'Αργὼ πᾶσι μέλουσα* huc pertinet. Vid. v. Wilamowitz, Griech. Trag. III 1916[4], p. 168 sq.; Die Ilias und Homer p. 53.

5. Medeae mentio nulla fit. Cf. autem Myrsil. Meth., qui scribit (F. H. G. IV 458, 7) *τὴν Μήδειαν παραπλέουσαν διὰ ζηλοτυπίαν ῥῖψαι εἰς τὴν Λῆμνον φάρμακον, καὶ δυσοσμίαν γενέσθαι ταῖς γυναιξίν.* Vid. Immisch in Roscheri Lex. s. v. Thoas p. 811.

qui in Thraciam eos abducit, unde postea cum Thoante avo suo, Bacchi beneficio servato (fr. 64 II 105 sq.), Lemnum revertuntur. Cum ad aetatem adultam pervenissent, matris quaerendae causa profecti postremo Nemeam delati sunt. Atque hic Euripidis tragoedia incipit.

Quales autem Hypsipylae casus fuerint inde a fuga usque ad filiorum adventum, quod duodeviginti fere annorum spatium est, silentio praeteriisse videtur poeta.

Quo magis adducor ut Roberto assentiar arguenti apud Euripidem primum Nemeam ductam esse Hypsipylam, eo consilio ut Argonautarum et septem ducum expeditiones conecterentur.

Tragoediae Euripideae argumento nullus antiquitatis auctor omnibus numeris congruit. Proxime accedunt Apollod., Schol. Clem. Al., Hygin., quorum narrationes invenies p. 3 sq. Sed ne hi quidem Hypsipylae filios memorant, qui apud Euripidem satis magnas partes agunt. Statius quoque quam incertus hac in re auctor sit luculenter apparet.[1]

IV.

Quo tempore scenae commissa sit fabula nostra rogantibus ante omnia inspiciendum est schol. Ar. Ran. 53, ubi quaeritur cur Andromedam potissimum legisse Bacchus ab Aristophane dicatur: *διὰ τί δὲ μὴ ἄλλο τι τῶν πρὸ ὀλίγου διδαχθέντων καὶ καλῶν Ὑψιπύλης Φοινισσῶν Ἀντιόπης; ἡ δὲ Ἀνδρομέδα ὀγδόῳ ἔτει προεισῆκται.*

Andromedam igitur octo annis ante Ranas datam esse hinc discimus, id est anno 412. Unde sequitur ut inter annos 412 et 407/6[2] Hypsipyla sit acta. In promptu est cum editoribus Britannis existimare anno 405 Hypsipylam tragoediam satis recentem fuisse et metri habita ratione et crebrarum dramatis apud comicum poetam imitationum.

Fuere autem, qui ex scholio supra laudato colligerent Hypsipylam, Phoenissas, Antiopam trilogiam effecisse (Valckenaer, Diatr. p. 211 c; Dindorf, P. S. G.,[5] Prolegom. p. 22; Hartung

1. Vid. Gr.-H. p. 22.

2. v. Wilamowitz, Anal. Eurip. p. 148: „neque 407, 406 chorum accipere poterat Euripides, qui ad Archelaum migravisset."

II 401 sq., 406); quibus addidit Hartung Orestem drama satyricum, totam tetralogiam anno 408 scenae commissam esse ratus (vid. schol. Eur. Or. 371 *Διοκλέους, ἐφ' οὗ τὸν Ὀρέστην ἐδίδαξε*). Sed quamquam Orestes fabula plus semel in scholiis (1369, 1384, 1512) propter sermonem socco magis quam cothurno convenientem vituperatur (vid. etiam hypoth. Orest. et Alcest. apud Schwartz I 93, 9, II 215, 1 sq., schol. Or. 1691) et Menelai Helenaeque actio aequo saepius vitam cotidianam redolet, nullo modo satyricum drama appellari potest, id quod ne ambitus quidem (1700 fere versuum) admittit. Argumento utitur Hartung schol. Or. 1492 (Dindorf, Schol. in Eur. Trag. II): – – – *ὡς καὶ ἐν τῷ τρίτῳ δράματι οὗτός φησιν ἐν τῷ χορῷ τῷ „Κάδμος ἔμολε"* (Phoen. 638), unde primo aspectu colligendum videtur Phoenissas tertiam fuisse fabulam eiusdem tetralogiae ad quam Orestes quoque pertinebat. Quod refutavit Wecklein (in Phoeniss. editione p. 20 sq.): verbis *τρίτον δρᾶμα* in illo scholio Byzantino designari Hecubae, Orestis, Phoenissarum s y l l o g e n B y z a n t i n a m; quem ordinem etiam codices praebent (cf. Wilamowitz, Einl. in die griech. Trag. p. 196 sqq.; Murray, Eurip. Fab. I Praefat. p. VIII).

Hypsipylam, Phoenissas, Antiopam non esse habendas pro trilogia apparet etiam ex hypoth. Phoen. (Schwartz I 244): † *ἐπὶ Ναυσικράτους ἄρχοντος ** δεύτερος Εὐριπίδης ** καθῆκε διδασκαλίαν † περὶ τούτου καὶ γὰρ ταῦτα ὁ Οἰνόμαος καὶ Χρύσιππος † καὶ σῴζεται,* „quibus verbis quamvis truncatis hoc certe docemur, Oenomaum una cum Chrysippo et Phoenissis actam esse" (Nauck F. T. G.² p. 539), quae dramata anno 409 acta esse Dieterich putat (Pauly-Wissowa VI 1, p. 1262), inter annos 411 — 409 Wilamowitz (Anal. Eur. p. 173, cf. ib. p. 156, 46). Alii autem ex hyp. Phoen. nihil amplius colligi posse nisi ad eundem fabularum orbem pertinere Oenomaum, Chrysippum, Phoenissas autumant (Wecklein l. l. p. 28 et Schwartz l. l.; vid. contra Robert, Oidipus II p. 133).

Antiopam et Hypsipylam cum Oreste anno 408 datas esse existimat Dieterich (l. l. p. 1266), sed cum de trilogia Oenom., Chrys., Phoen. non constet, qua Dieterichi opinio nititur, incerta haec coniectura est.

Phoenissas et Antiopam annis 410—408 tribuit Robert (Herm. 44, 401 sq.). Phoenissae cum ante Antiopam scriptae sint (cf.

Spiro, de Eur. Phoen. p. 6. p. 3),[1] illas annis 410 aut 409, hanc 409 aut 408 tribuit. Sed quia Antiopam una cum Oreste (408) actam esse parum credibile ei videtur, Phoenissas anno 410, Antiopam anno 409 una cum Hypsipyla datam esse dicit: has tragoedias inter se satis similes esse (Herm. 44, 402 „beide Male zwei Göttersöhne" et quae sequuntur) atque adeo Hyps. fr. 1 V 32 sq. alludere ad Antiopam modo actam. Tertiam trilogiae fabulam fortasse Melanippam alteram fuisse.[2]

Vides identidem ad coniecturas esse recurrendum. Hoc tantum constat, sub finem vitae Euripidem Hypsipylam scripsisse, sed quo anno acta sit cuiusque trilogiae pars fuerit frustra rogamus.

1. Phoenissas ante Hypsipylam scriptas esse ex Hyps. fr. 8, 9 colligit Robert, Oidipus I p. 199: (man sieht,) daß das Chorlied die Stichomythie der Phoinissen zur Voraussetzung hat, und das bestätigt die Priorität der Phoinissen.

2. Nuperrime Th. Zielinski anno 408 tribuit „trilogiam Delphicam priorem", Hypsipylam, Meleagrum (?), Orestem (Mnemos. N. S. 50, 1922, p. 326, in enumeratione fastorum Euripideorum, quos mox in novo libro se accuratius explicaturum esse promittit v. d.).

In Hypsipyla edenda his praesertim libris commentationibusque usus sum:

B. P. Grenfell and A. S. Hunt, The Oxyrhynchus Papyri VI, London 1908.
H. v. Herwerden, Euripidis Hypsipylae Fragmenta, Traj. ad Rhen. 1909.
A. S. Hunt, Tragicorum Graecorum Fragmenta Papyracea, Oxonii 1912.
H. v. Arnim, Supplementum Euripideum, Bonn 1913.

L. C. Valckenaer, Diatribe in Euripidis perditorum dramatum reliquias, Lugd. Bat. 1822; Lipsiae 1824.
F. G. Welcker, Die griechischen Tragödien mit Rücksicht auf den epischen Cyclus geordnet 1839.
I. A. Hartung, Euripides Restitutus II 1844.
C. Haym, De puerorum in re scaenica graecorum partibus, Diss. Hal. Sax. 1897.

W. Crönert, Woch. f. kl. Phil. 26, 1909, 113—116.
O. Schröder, Berl. Ph. Woch. 29, 1909, 257—264.
J. P. Mahaffy, On a Passage in Euripides' Hypsipyle, Hermathena XV, 35, 1909, 347—352.

G. Przychocki, Ad Euripidis Hypsipylam adnotationes, Wiener Studien 31, 1909, 300—305.

C. Robert, Die Jasonsage in der Hypsipyle des Euripides, Hermes 44, 1909, 376—402.

P. Stengel, *ΧΕΡΝΙΨ*, Hermes 44, 1909, 373 sq.

N. Wecklein, Ueber die Hypsipyle des Euripides, Sitzungsber. d. k. Bayer. Ak. d. Wiss. phil.-hist. Kl. 1909, 8. Abh., 3—31.

H. Weil, Rev. d. Ét. grecques 22, 1909, 1—11.

K. Busche, Die Hypsipyle des Euripides, Zeitschr. f. d. Gymn. 64, 1910, 721—726.

— id. (de Weckleinii commentatione) Woch. f. kl. Phil. 27, 1910, 567—570.

S. Mekler (de Tacconii commentationibus) Woch. f. kl. Phil. 27, 1910, 1386—1389.

K. F. W. Schmidt, Gött. gel. Anz. 172, 1910, 642—648.

F. Schöll, Ueber zwei sich entsprechende Trilogien des Euripides, Sitzungsber. d. Heidelb. Ak. d. Wiss. Philos.-hist. Kl. 1910, 15, 21—27.

A. H. Cruickshank, Hypsipyle, A paper etc. Oxford 1913.

E. Petersen, Euripides Hypsipyle, Rhein. Mus. f. Phil. 68, 1913, 584—595.

F. Petersen, Ein übersehenes Papyrusblatt der Hypsipyle, Herm. 49, 1914, 156—158.

— id. Ad Hypsipylae fr. 22 et 60, ib. 623—626.

W. Morel, De Euripidis Hypsipyla, Diss. Lipsiae 1921 (cf. Phil. Wochenschr. 41, 1921, 961 sq., Museum 29, 1922, 155—157).

Quae scripserunt A. Taccone (Atti d. Accad. di Torino 44, 1909; Mem. d. Accad. di Torino II 60, 1909; Boll. di filol. class. 16, 1909; Riv. di filol. class. 37, 1909, 38, 1910) et E. Menozzi (Atene e Roma 12, 1909; Studi Ital. di filol. class. 18, 1909) non nisi per alios mihi innotuerunt. Cetera in commentario indicavi.

Ar = v. Arnim.
Gr.-H. = Grenfell et Hunt in editione I.
He = v. Herwerden.
Hunt = Trag. Graec. Fragm. Pap.
Mo = Morel.
P. = Papyri lectio.
Pe = E. Petersen.
Ro = Robert.
We = Wecklein.
Wil = v. Wilamowitz-Möllendorff.
< suppleta > aliunde.
[evanida] in papyro.
[[correcta]] in ipsa papyro.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΥΨΙΠΥΛΗ

Argumenta.

Apollod. Bibl. III 6,4: *παραγενόμενοι δὲ εἰς Νεμέαν, ἧς ἐβασίλευε Λυκοῦργος, ἐζήτουν ὕδωρ. καὶ αὐτοῖς ἡγήσατο τῆς ἐπὶ κρήνην ὁδοῦ Ὑψιπύλη, νήπιον παῖδα ὄντα Ὀφέλτην ἀπολιποῦσα, ὃν ἔτρεφεν Εὐρυδίκης ὄντα καὶ Λυκούργου. αἰσθόμεναι γὰρ αἱ Λήμνιαι ὕστερον Θόαντα σεσωσμένον ἐκεῖνον μὲν ἔκτειναν, τὴν δὲ Ὑψιπύλην ἀπημπόλησαν· διὸ πραθεῖσα ἐλάτρευε παρὰ Λυκούργῳ. δεικνυούσης δὲ τὴν κρήνην, ὁ παῖς ἀπολειφθεὶς ὑπὸ δράκοντος διαφθείρεται. τὸν μὲν οὖν δράκοντα ἐπιφανέντες οἱ μετὰ Ἀδράστου κτείνουσι, τὸν δὲ παῖδα θάπτουσιν. Ἀμφιάραος δὲ εἶπεν ἐκείνοις τὸ σημεῖον τὰ μέλλοντα προμαντεύεσθαι· τὸν δὲ παῖδα Ἀρχέμορον ἐκάλεσαν.*[1] *οἱ δὲ ἔθεσαν ἐπ' αὐτῷ τὸν τῶν Νεμέων ἀγῶνα.*

Schol. Clem. Al. p. 424, 19: *ὅτε οἱ ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας σὺν Ἀδράστῳ καὶ Πολυνείκει ἐστρατεύοντο, παρέβαλον εἰς τὴν Νεμέαν· τόπος δὲ οὗτος τοῦ Ἄργους. ζητοῦντες δὲ ὑδρεύσασθαι συνέτυχον Ὑψιπύλῃ τῇ Θόαντος θυγατρὶ τρεφούσῃ παιδίον Ὀφέλτην καλούμενον Εὐφήγου* (?)[2] *καὶ Εὐρυδίκης· ἡ δὲ ἀποθεμένη τὸ παιδίον ἀπῆλθεν αὐτοῖς ὑδρεύσασθαι βουλομένη. δράκων δὲ ἐν τοσούτῳ*[3] *περιπεσὼν τῷ παιδίῳ ἀνεῖλεν αὐτό. ἡ δὲ ἐπανελθοῦσα ἐθρήνει. Ἀμφιάραος δὲ ὁ μάντις εἷς ὢν τῶν ἑπτὰ ἀπὸ τοῦ συμβάντος τοῖς Ἕλλησι θάνατον προεμαντεύσατο καὶ τὸν παῖδα Ἀρχέμορον ἐκάλεσεν. Ἄδραστος δὲ παραμυθούμενος τὴν Ὑψιπύλην ἐπ' αὐτῷ τὸν Νεμεακὸν ἀγῶνα συνεστήσατο, ὃς ὕστερον τῷ Διὶ ἀνιερώθη.*

Hygin. fab. 74: Septem ductores, qui Thebas oppugnatum ibant, devenerunt in Nemeam, ubi Hypsipyle, Thoantis filia, in servitute puerum Archemorum sive Ophelten, Lyci regis filium, nutriebat. Cui responsum erat, ne in terra puerum deponeret, antequam

1. *ἐκάλεσεν* Hercher, v. Arnim.
2. *Εὐφήτου* coll. schol. Pind. Nem. prol. 9, 9 Nauck; *Λυκούργου* v. Arnim.
3. *τούτῳ* Nauck.

posset ambulare. Ergo ductores septem, qui Thebas ibant, aquam quaerentes devenerunt ad Hypsipylen eamque rogaverunt, ut eis aquam demonstraret. Illa timens puerum in terram deponere, apium altissimum erat ad fontem, in quo puerum deposuit. Quae dum aquam eis tradit, draco fontis custos puerum exedit. At draconem Adrastus et ceteri occiderunt et Lycum pro Hypsipyle deprecati sunt, ludosque puero funebres instituerunt, qui quinto quoque anno fiunt, in quibus victores apiaciam coronam accipiunt.[1]

1. Cf. Paus. 8, 48, 2 *τὰ ἐν Νεμέᾳ σέλινα.* Nemea in honorem Pronactis, Adrasti fratris, instituta esse Aelianus V. H. 4, 5 tradit: *καὶ οἱ ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας Πρώνακτι καὶ ἐκεῖνοι χάριτας ἀπέδοσαν. διὰ γὰρ αὐτοὺς ἀπολομένου τοῦ Πρώνακτος τὸν ἀγῶνα ἔθεσαν ἐπ' αὐτῷ, ὃν οἱ πολλοὶ οἴονται ἐπ' Ἀρχεμόρῳ τεθῆναι ἐξ ἀρχῆς.* Sed a traditione usitata Euripides hac in re non recedit. Cf. Pind. N. 8 sub finem; N. 10, 28; Bacchyl. 8, 12—14 Jebb. De Pronacte vid. Paus. III 18, 12; cf. Robert Herm. 44, 399 sq., id. Oidipus I 216 sqq., Die griechische Heldensage II. Band, 3. Buch 1. Abt. p. 936, Vürtheim Stesichoros p. 33.

Dramatis Personae.

Hypsipyla, Thoantis Lemni regis filia, nutrix.

Thoas
Euneus } Hypsipylae ex Iasone filii.

Amphiaraus

Eurydica, Lycurgi regis uxor.

Archemorus, filiolus Lycurgi et Eurydicae, persona tacita.

Chorus Nemeaearum.

Actor primus *Hypsipylam* agit, secundus *Amphiarum* et *Thoantem,* tertius *Eurydicam* et *Euneum* (fr. 64).

De parachoregemate vid. ad fr. 64 II 69 sq.

Fabula agitur ante Lycurgi aedes.

Fr. 752 N.

(Υψ.) Διόνυσος, ὃς θύρσοισι καὶ νεβρῶν δοραῖς
καθαπτὸς ἐν πεύκαισι Παρνασὸν κάτα
πηδᾷ χορεύων παρθένοις σὺν Δελφίσιν

Cum hoc fragmento, de quo vid. Excurs. I, cf. Bacch. 176 θύρσους ἀνάπτειν καὶ νεβρῶν δορὰς ἔχειν, 306 sq. κἀπὶ Δελφίσιν πέτραις / πηδῶντα σὺν πεύκαισι κτλ., Soph. Ichn. 219 sq. ὃς αἰεὶ νεβρίνῃ καθημμένος/δορᾷ χεροῖν τε θύρσον εὐπαλῆ φέρων κτλ. Eur. Ph. 226 sqq., Ion. 550, 716, 1125. De Parnasso vid. Wilamowitz ad Herc. 790. v. d. Sande Bakhuyzen (De Parodia in comoediis Aristophanis 1877) observavit (p. 159 sq.) verba πηδᾷ χορεύων fortasse Eubuli animo obversata esse, cum memoriter citaret Or. 45 πηδᾷ δρομαῖος, πῶλος ὡς ἀπὸ ζυγοῦ. Hic enim versus, de Oreste febri iactato dictus, apud Eubulum (Athen. III 108 b = fr. 75, 6 Kock) sic decurrit: πηδᾷ, χορεύει, πῶλος ὡς ἀπὸ ζυγοῦ (agitur de apua ignis aestu in olla saltante).

Etiam Arist. Nub. 603 sqq. legimus versus nostro fragmento simillimos; nec tamen cum parodia ibi nobis res est, „talibus enim verbis uti in promptu erat ubi gloria Bacchi esset celebranda" (v. d. Sande Bakhuyzen l. l. p. 44).

Fr. 764 N.

(Θό.?) ἰδού, πρὸς αἰθέρ' ἐξαμίλλησαι κόρας
γραπτοὺς <τ' ἐν αἰετ>οῖσι πρόσβλεψον τύπους

De his versibus agitur in Excurs. I.

Fr. 1 Col. I.

(Ὑψ.) — — — — — — — —
γρα[24 litt.]εοις
ἥξε[ι . . . . . .]σπ . [. . . . . . ἀ]θύρμα[τ]α
ἃ σῶν [ὀ]δυρμῶν ἐκγαλη[νιεῖ φ]ρένας.

2 πατὴρ οὐ] σπά[νι' ἔχων We πατὴρ σὸ]ς π[όλλ' ἔχων Schmidt τέ σοί γ' ἀ]σπα[στὰ πάλιν Pe (ἀσπαστά contra accentum traditum σπά — sic enim Hunt in F. T. P. quamquam addit: „σπά[νι' tamen incertissimum est") δ' ἄρ' αὖθι]ς π[όλλ' ἔχων vel ἔχουσ' Ar 3 σῶν

1—3 Hypsipyla consolatur infantem quem postquam flentem audivit foras gestavit.

2 ἀθύρματα Cratin. fr. 145 K.

3 fr. 1079, 4 γαληνίζει φρένα.

5 cf. Ion. 308 ὥς σου τὴν τεκοῦσαν ὤλβισα.

8 cf. El. 304 αἰκίζεσθαι, Soph.

ὑμεῖς ἐκρούσατ', ὦ νεανία[ι, πύλα]ς;
ὦ μακαρία σφῷν ἡ τεκο[ῦσ', ἥ]τις ποτ' ἦν.
τί τῶ[ν]δε μελάθρων δε[όμε]νοι προσηλθέτην;
Θόας. στέγ[η]ς κεχρήμεθ' [ἐ]ν[τὸς ἀ]χθῆναι, γύναι,
εἰ δυ[να]τὸν ἡ[μῖ]ν νύκτ' ἐ[ναυλίσ]αι μίαν.
ἔχο[με]ν δ' ὅ[σ]ων δεῖ· τ[ί] πο[τε] λυ[π]ηροὶ δό[μοις
ἐσό[μ]εθα τοῖσδε; τὸ δὲ σὸν ὡς ἔχει μ[εν]εῖ.
(Ὑψ.) [ἀδέσ]ποτος μ[ὲν ο]ἶκ[ο]ς ἀρσένων κυ[ρε]ῖ
[17 litt.] . [. .] δώμ[α]τα.

— — — — — — — —

P. σάς Wil 6 προσηλθετον P.: corr. He 7 [ἐ]ν[τὸς ἀ]χθῆναι suppl. Murray. 8. ἡ[μῖ]ν Gr.-H. [εἶ]η Ar ἐ[ναυλίσ]αι suppl. Murray 9 τ[ί] πο[τ'; ἀ]λύ[π]ητοι Ar 10 εσο[μ]εσθα P.: corr. He 11 suppl. Bury [ἀπρόσ]τατος Wil 12 [ξένον δ'ἀπωθεῖν οὐ θέλει τὰ] δώματα We

Ph. 33 ἐναυλίζειν. Ἔναυλοι Bacch. 122, Hel. 1107, Herc. 371.

9 sq. Monet Wecklein p. 21 haec verba non verecunda, immo satis aspera esse, ut Orestis Iphigeniam alloquentis (I. T. 482 sqq.).

9 cf. Ar. Ach. 456 λυπηρὸς ἴσθ' ὤν.

10 v. Herwerden: res vero tua immutata manebit, i. e. praesentia nostra te non turbabit.

11 sq. Hypsipyla narrat dominum suum abesse. Cur autem v. Arnim ad fr. 2, 1—3 annotet, fortasse etiam Eurydicam abesse, non video. Recte Weil (p. 6): „Lycurgue est absent, Eur. gouverne la maison. Le poète a pensé qu' une mère avait pour son enfant un amour plus profond et qu'elle serait plus implacable, plus acharnée à venger sa mort."

Fr. 2 Col. I.

(arte cohaeret cum fr. praecedenti)

(Ὑψ.) [. .] μ . [
Λυκοῦρ[γος
γυνὴ δ[ὲ .

2 sq. Λυκοῦρ[γος αὐτὸς τυγχάνει θεωρὸς ὤν,] / γυνὴ δ[ὲ Νεμέας Εὐρυδίκη τὰ νῦν κρατεῖ] e. g. We Λυκοῦρ[γος αὐτὸς ἐκδημῶν τανῦν κυρεῖ,] / γυνὴ δ[ὲ Νεμέας Εὐρυδίκη κρατεῖ τέως] vitiose

Inter hoc fragmentum et versus praecedentes brevissimum tantum spatium est. Fr. 2, 1 fortasse initium fuit versus undecimi vel duodecimi fragmenti primi. Apparet absente Lycurgo Eurydicam rebus praeesse. Quo cognito Thoas se alio abiturum esse dicit; id autem non passa intromittit

Θόας. οὐκ ἐν ξε[νῶσι
πρὸς δ' α[ι
(Ὑψ.) ἥ̣κιστ[α
ξένο[
ἀεὶ δὲ[
ἀλλ' εἰς ν[
. . [.]ῶν εσ[

— — — — — — — —

He *4 sq.* οὐκ ἐν ξε[νῶσι τοῖσδ' ἄρ' ἀναπαυσαίμεθ' ἄν,] / πρὸς δ' ἄ[λλο δή τι δῶμ' ἀφορμᾶσθαι χρεών] e. g. Gr.-H. οὐκ ἐν ξέ[νου δεῖ μ', ὅταν ἀπῇ, ναίειν δόμοις] / πρὸς δ' ἄ[λλον ἐνθένδ' οἶκον ἀροῦμεν πόδα] e. g. Ar *5* πρὸς δ' ἄ[λλα χώρας δώμαθ' ὁρμᾶσθαι χρεών] We *6 sq.* ἥκιστ[α τοῦτο· τῶνδε γὰρ δόμων ἄναξ] / ξένο[υς ἀπώσατ' οὔποτ' οὐδ' ἠ̣τίμασεν] Busche *9* ει$\overset{\sigma}{\underset{.}{\nu}}$[P.

eos Hypsipyla. Conferunt Gr.-H. Alc. 566 sq. ubi Herculi introire nolenti Admetus:

τἀμὰ δ' οὐκ ἐπίσταται
μέλαθρ' ἀπωθεῖν οὐδ' ἀτιμάζειν
[ξένους.

Et hac quidem in re Statius, ceteroquin diversissima tradens, cum Euripide congruit (Theb. V 715 sq.):

nec inhospita tecta Lycurgi
praebuerant aditus.[1]

v. Herwerden negat Thoantem et Euneum, postquam abesse regem audiverint, aedes intrasse[2]. Item Robert (p. 393 sq.) adulescentes cum Amphiarao alicubi collocutos esse putans aditu negato abiisse eos vult, postea cum vate congressuros. Cuius repulsae narrationem in fr. 32—35 inesse arbitratur.

Equidem pro certo affirmare nihil audeo. Weckleinii potissimum argumenta adducunt me, ut primis editoribus assentiar. Dicit enim ille (p. 15) et alia et haec: adulescentes, quibus postea denuo in scenam prodeundum sit, nusquam alibi nisi in regia morari posse; praeterea „dramatis oeconomiam" impedire ne quis, hospitium cum petierit, oblatum recuset.

Vocabulo autem ἥκιστα (fr. 2, 6) nihil certi discimus. Quamvis enim plerumque sic positum negantis vel obloquentis sit[3], p o t e s t tamen sententia aliter decurrere, e. g. Med. 348. Cf. etiam Soph. El. 800, ubi Clytaemestra nuntio abire se velle dicenti: ἥκιστα respondet, tum (802) ἀλλ' εἴσιθ' εἴσω, quare vs. 9 conicere licet ἀλλ' εἴσ[ιτ' εἴσω.

1. Non debebat Robert (p. 394, not.) ex his verbis colligere Lycurgum ipso reditus momento adulescentes hospitio excepisse, id quod vetat forma „praebuerant."

2. Paulo aliter Schmidt p. 644 nonnisi dominorum iussu advenas dimitti potuisse ratus

3. Vid. Barthold ad Hipp. 1013—15 (Krit. Anhang).

Fr. 1 Col. II.

(Ὑψ.) [. . . . .] . . οσοι (στρ. α')
[. . . . .] ος ἰδέσθαι
[. . . . .] . . ρχον ὡς ἐνύπτρου
[. . λευκ]οφαῆ τιν' αὐγὰν
[. . . . . .]αὔξημα τὸ σὸν
[. .] μνήσωμαι, τέκνον, εὐ-
ωποῖς ἢ θεραπείαις.
ἰδοὺ κτύπος ὅδε κροτάλων·
<   >

2—4 πρ]οσιδέσθαι [φῶς / συντρέ]χον, ὡς ἐνόπτρου / [γλαυκ]οφαῆ e. g. Ar *3 ὑ]πάρχον* Gr.-H. dubitanter *ἥσ]υχον ὡς* Mo cl. Aesch. Suppl. 199 *4 λευκ]οφαῆ* Gr.-H. cl. I. A. 1054 *5* [*μέλεσιν*] ante *αὔξημα* He *5 sq. αἰώραις δ']αὔξημα τὸ σὸν / [προκ]ινήσω καί, τέκνον,* Ar *6* [*αὖ*] *μήσωμαι* He *ἐκπο]νήσω καὶ* Mo cl. I. A. 209. *7 εὐωποῖσιν θεραπείαις* Ar *8 κορτά-*

Post carmen, quod Hypsipyla ad alumnum suum cantat, incipit parodus[1]. Propter carmen illud Euripides vehementer irrisus est ab Aristophane irato quod crotalorum sonus in scena tragica auditus erat (Ar. Ran. 1305—22). Cf. fr. 769 *κροταλισάσης*, quam formam
fr. 769 N. in textu fuisse Nauck iniuria ex Phot. Lex. p. 180, 12 colligit. Fortasse cum Wecklein putandum est apud Photium (*κροταλίζειν· οὐ διὰ τῶν χειρῶν κροτεῖν, ἀλλὰ διὰ κροτάλου. τῆς κροταλισάσης, ὡς Εὐριπίδην φησὶν ὁ κωμικὸς περὶ τῆς Ὑψιπύλης λέγων*) verba *τῆς κροταλισάσης* legenda esse post *π. τ. Ὑψ. λέγων* et ad. *Εὐρ. φησίν* supplendum *κροταλίζειν*.

Crepitaculo puerum delectare conatur, nihil igitur hoc commune habet cum Hypsipylae origine a Baccho ducta, ut E. Petersen scripsit (p. 586).

Post monodiam parvulum in lecto vel cunis positum esse opinor. Nam neque credibile est eum per longum tempus in nutricis brachiis fuisse neque potuit chorus rogare *πότερα δώματος εἰσόδους σαίρεις κτλ.*, si Hypsipylam nutricis officio fungentem videret. Deinde hic fuit rerum ordo: apparet cum armatis quibusdam Amphiaraus, quocum satis diu collocuta aquam monstratum it. Puerum quem relinquere veretur secum fert, sed ubi ad fontem venit, deponit in herbis, id quod fatalem illum eventum habuit.

Miratur chorus Hypsipylam stare ante aedes eo tempore quo Adrastus exercitum contra Thebas ducit per prata Nemeaea. Sequitur descriptio splendidi spectaculi quod praebet turba versicolor.

Wilamowitz (Griech. Versk. p. 357

1. De metro vid. Schröder Eurip. Cantica p. 174 sqq. (cf. Berl. Ph. Woch. 29, 1909, p. 263 sq.) et Morel p. 32 sq., qui agit de stropharum et antistropharum ordine insolito (vid. contra Wecklein in Phil. Woch. 41, 1921, p. 962), quem nusquam inveniri nuper etiam affirmavit v. Wilamowitz (Griech. Verskunst 1921, p. 442 sq.).

οὐ τάδε πήνας, οὐ τάδε κερκίδος
ἱστοτόνου παραμύθια Λήμνια,
Μοῦσα θέλει με κρέκειν, ὅ τι δ' εἰς ὕπνον
ἢ χάριν ἢ θεραπεύματα πρόσφορα
[π]αιδὶ πρέπει νεαρῷ
τάδε μελῳδὸς αὐδῶ.

λων metri causa Maas Zeitschr. f. vergl. Sprachf. 46, 1914, 159 versum inter 8 et 9 intercidisse, postea in margine superiore additum esse docet nota *ἄνω* iuxta *κροτάλων* posita; cf. 64 I, 57 *9 τάδ*[[’$\overset{ε}{α}$]]*πήνασ* P. *11 μελει* P.: corr. Mo cl. Horat. C. II 12, 13 sq. *καλεῖ* Wil *με*[[$\overset{κρ}{λ}$]]*ε*[$\overset{κ}{.}$]*ειν* P.

---

sq.) putat Hypsipylam a choro invitari ut cum eo spectatum eat (cf. El. 167 sqq.) et v. 29 pro *δεῦρ' ὅτ'* legit *δεῦρ' ἕπε'*, tunc puncto post vs. 29 posito *ἀστράπτει χαλκέοισιν ὅπλοις / Ἀργείων πεδίον πᾶν* cum Arnimio. Sed nimis audax est mutatio *δεῦρ' ἕπε'*, ubi papyri textus nihil eiusmodi habet, et praeterea rogamus quid sibi velit *ἕπεο ἀνὰ λειμῶνα*, potius enim *εἰς λειμῶνα* expectaretur. Observat v. d. ad sententiam „quid tu pro ianua . . . quo tempore agmen peregrinum accedit?“: *In solchem Falle wundert man sich eher über die Leute, welche in der Stube bleiben.* At Hypsipyla quiete prope aedes stans non multum differt ab iis qui domi sunt non curantes ea quae foris geruntur.

1—7 verba difficillima varie expleta. v. Herwerden utcunque sententiam restituit. Videntur pueri oculi splendentes[1] cum speculo comparari. Parum verisimile est Hypsipylam primo puerum *delectare* speculo, deinde crepitaculo (Cruickshank p. 6)[2] et prorsus reicienda E. Petersenii opinio (p. 586) qui Hypsipylam Thoantis et Eunei quos modo viderit memorem „des Kindes künftiges Wachstum . . . wie ein Spiegelbild in den bewunderten Jünglingen“ spectasse dicit.

3 sq. ἐνόπτρων αὐγαί commemorantur Hec. 925.

6 μνήσωμαι requirit emendationem; latet verbum quod idem significat atque *ὠφελεῖν* vel *ὀνινάναι*, sed neque *προκ]ινήσω καί* (v. Arnim) neque *ἐκπο]νήσω καί* propter spatium legi potest. Etiam I. T. 314 *φίλον δὲ θεραπείαισιν ἄνδρ' εὐεργετῶν* similis constructio est qualem hic desideramus.

8 ἰδού interiectionis vim habet.

9—14 De metro cf. E. Fränkel, Rh. Mus. 72, 1918, p. 186.

---

1. Cf. *αὐγὰς ὀμμάτων* in fragm. quodam apud Photium ed. Reitzenstein s. v. *ἀμβλωπός*; vid. etiam Schröder, Pindars Pythien 1922 p. 83 sq. (ad Pind. P. 9, 62).

2. Cf. tamen Firm. Matern. De errore prof. relig. VI 2 (p. 15, 19 ed. K. Ziegler 1907) ubi de terribili quadam noverca legimus: *crepundiis ac speculo adfabre facto animos ita pueriles inlexit* e. q. s. Hic locus, quem benigne mihi indicavit Morel, extat apud Abel, Orphica, fr. 200. Cf. ib. fr. 196, ubi item memorantur *ἀθύρματα* (e. g. *ἔσοπτρον*), quibus Titanes Bacchum puerum e regia elicuerant, quo facto eum devoraverant.

(ΧΟΡΟΣ) τί σὺ παρὰ προθύροις, φίλα; (στρ. β′)
πότερα δώματος εἰσόδους
σαίρεις, ἢ δρόσον ἐπὶ πέδῳ
βάλλεις οἷά τε δούλα,
ἢ τὰν Ἀργὼ τὰν διὰ σοῦ
στόματος ἀεὶ κληζομέναν
πεντηκόντερον ᾄδεις,
ἢ τὸ χρυσεόμαλλον
ἱερὸν δέρος ὃ περὶ δρυὸς
ὄζοις ὄμμα δράκοντος
φρουρεῖ, μναμοσύνα δέ σοι
τᾶς ἀγχιάλοιο Λήμνου
τὰν Αἰγαῖος ἑλί[σ]σων
κυμοκτύπος ἀχεῖ,

λημν
21 πεντηκόντορον Gr.-H. 26 [[νησ]]ον P. 27 ἑλίσσων He
28 κυμοτύπος P. κυμόκτυπος Ar

---

9 cf. Cycl. 63 οὐ τάδε Βρόμιος, οὐ τάδε χοροὶ κτλ., ib. 204 οὐχὶ Διόνυσος τάδε, Andr. 168 οὐ γάρ ἐσθ' Ἕκτωρ τάδε, Tro. 99, Heraclid. 93. Vocabulum τάδε significat fere: „hic; hoc ubi nunc sumus loco."

10 ἱστότονα πηνίσματα Ar. Ran. 1315 (ubi cod. Rav. ἱστόπονα).

παραμύθια Λήμνια: l'allégement que je me donnais à Lemnos (Weil).

fr. 770 N. 13 νεαρῷ: huc spectat fr. 770 N. νεαρός.

14 τάδε post ὅ τι exemplum praebet constructionis ad sensum. Cf. Soph. Ant. 707.

15 Nutricis nonnunquam erat solum verrere vel ianitricis munere fungi, cf. Tro. 194 τὰν παρὰ προθύροις φυλακὰν κατέχουσ' ἢ παίδων θρέπτειρα, ib. 492 sq.; Hom. h. Cer. 140 sqq.

16 sq. cf. fr. 773, 11 sq., Hec. 363 sq., Ion. 103 sqq. etc.

19 Stat. Theb. V 615 sq.: quotiens tibi Lemnon et Argo / sueta loqui et longa somnum suadere querella!

20 Rectissime Weil observat (p. 4, n. 2) Hypsipylam Argo semper celebrare Iasonis memorem, cuius tamen nusquam mentionem faciat.

22 El. 724 τὰν χρυσεόμαλλον πολμναν, Or. 998 τὸ χρυσόμαλλον ἀρνὸς τέρας.

22—28 De metro vid. v. Wilamowitz, Griech. Verskunst p. 401.

23 sqq. cf. Herc. 397 sqq.: δράκοντα πυρσόνωτον, / ὅς σφ' απλατον ἀμφελικτὸς / ἕλικ' ἐφρούρει, κτανών.

26 ἀγχίαλος etiam apud Aesch. Pers. 889 Lemnus dicitur, i. e. *prope continentis oram sita*, ut docet Soph. Ai. 135 ἀμφιρύτου Σαλαμῖνος βάθρον ἀγχιάλου comparatus cum Eur. Tro. 800 (Σαλαμῖνος) νάσου περικύμονος ἕδραν τᾶς ἐπικεκλιμένας ὄχθοις ἱεροῖς.

27 τὰν — ἀχεῖ: quam — resonare docet (Diehl, Aus der Werkstatt des Hörsaals, 1914, p. 66). Confert Morel Theocr. II 36 τὸ χαλκέον ὡς τάχος ἄχει („resonare doceas").

Αἰγαῖος = Αἰγ. πόντος ut Soph. fr. 342.

28 κυμοκτύπος cf. Hipp. 754 κῦμ' λίκτυπον.

δεῦρ' ὅτ' ἂν λειμῶνα Νέμει[ον
ἀπάγει χαλκέο[ι]σιν ὅπλο[ις
Ἀργεῖον π[ε]δίον πα[
ἐπὶ τὸ τᾶ[ς] κιθάρας ἔρυμα,
τᾶς Ἀμφιονίας ἔργον[
ὠ[κυ]πόδας Ἄ[δρ]ασ[το]ς[;
ὁ [δ'] ἐκάλεσε μένο[ς . . .
ποικίλα σάματα [. . .
τόξα τε χρύσεα [. . .
κα[ὶ] μονοβάμονε[ς . . .
ἀειρόμενοι χθ[ον
[. . . . .]οτ[

— — — — — —

29 λειμῶν' ὅτε δεῦρ' ἂν Νεμεαῖον Murray δεῦρ' ἔπε' ἂν Wil *30* ἀνάγει We Weil α[ὖ]ρ' ἄγει Murray, tum vs. 29 Νέμει[ον κτύπον (coll. Or. 181) et 31 πα[τούντων χαλκειο[.]σ P. ἀ[μ]φ' ἄγ[κ]ει χαλκείοισ[ιν] Schmidt ἀ[στρ]ά[πτ]ει χαλκέοισ[ιν] Ar *31.* Ἀργείων Ar πα[ρεὶς Wil πα[τῶν We πᾶ[ν] Ar *33* [χερὸς post ἔργον Gr.-H. [κλυτὸν Weil [δ' ἄγει Ar deleto ἔργον *34* ὠ[κυ]πόδας (= -ης) Wil. [Ἄρη θοόν post Ἄδραστος Gr.-H. cl. Ph. 1123 sq., I. A. 283 sq. [ἄγει στρατόν Schmidt [θοῦρον Ἄρη Weil, vel ὁρμώμενος, choriambum vel dipodiam iambicam efficiens *35* ὅ[ς ἐ]κάλεσε Ar ὅ[ς] ἐκάλεσ[σ]ε Mo ἀνδρῶν post μένος suppl. Schmidt *36* σ[[υ]]^{α}εματα P. σάγματα Wil cl. Andr. 617 σάματ' ἀ[γόντων Schmidt σάματ' ἀ[σπίδων We *37* χρυσια P. *38* δίφροι post μονοβάμονες suppl. Mo, cuius et μονοβάμονες et ἀειρόμενοι attributa sint. Vocabuli ἀειρόμενοι litteram α in fine vs. 38 ponit Mo *39* χθ[ονός Ar

29 sqq. Haec ab Arnimio recte lecta esse (vid. ann. crit.) nunc censet Wilamowitz, Gr. Versk. p. 357. Sine dubio v. Arnim memor fuit loci Ph. 110 sq. κατάχαλκον ἅπαν πεδίον ἀστράπτει.

32 sq. cf. Ph. 115 λαϊνέοισιν Ἀμφίονος ὀργανοις τείχεος, 823 sq. φόρμιγγί τε τείχεα Θήβας τᾶς Ἀμφιονίας τε λύρας ὕπο πύργος ἀνέστα. (hoc loco collato vs. 33 [λύρας suppleverim). — His versibus ad Antiopam fabulam, quam modo viderint spectatores, alludi putat Robert (vid. p. XI).

36 ἀσπίδος σήματα commemorantur El. 455 sq., πρύμνας σῆμα I. A. 275.

38 El. 476 τετραβάμονες ἵπποι, Tro. 516 τετραβάμονος ἀπήνας (de equo ligneo), Rhes. 215 δίβαμος (opp. 211, 255 τετράπους), Ph. 793 ψαλίων τετραβάμοσι μωνυχοπώλων ἱππείαις, 808 τετραβάμοσι χαλαῖς. His locis comparatis non arbitror nostro versu agi de curribus unius equi opera tractis (Morel p. 38) — neque essedarius *uno* equo uti solebat[1] — sed μονοβάμων idem fere esse duco ac μῶνυξ vel μώνυχος, ita ut μονοβάμονες δίφροι (quam vocem vs. suppl. 38 Morel) respondeant μωνύχοις ἅρμασιν I. A. 250, ubi nihilo magis currus uno equo iunctus designatur.

1 Vid. tamen Bethe, Theb. Heldenl. p. 93, n. 25.

Fr. 1 Col. III

(Ὑψ.) — — — — — — — —

[. . . . .] ραι [.] (ἀντιστρ. α')
[. . . . . Θ]ρạκίαν
[. . . . .]σ[.]μενης ὀρούσας
ἐπ' οἶδμα γαληνείας
πρυμνήσι' ἀνάψαι,
τὸν ἁ τοῦ ποταμοῖο παρ-
θένος Αἴγιν' ἐτέκνωσε Πη-
λέα, μέσῳ δὲ παρ' ἱστῷ
Ἀσιὰς ἔλεγον ἰήιον
Θρῇσσ' ἐβόα κίθαρις Ὀρφέως

3 -μένης participii finem esse putat Ar, qui sequentia sic dividit: ὀρού/σας ἐπ' οἶδμα γαληνεί/ας, id quod proposuerant Gr.-Hr. *6* ποταμοῦ P. *7* αἰ[[νν]] (γιν') et ετεχνωσεν P. *9* ελεγεν P: corr. Wil

---

Quae dixerat chorus, Argo in deliciis esse Hypsipylae, verissima esse videmus. Nam pingit captiva regia quomodo multos ante annos navis illa ad Lemnum appulerit additque nihil nisi haec sibi cordi esse. „Solacio tibi sit," respondet chorus, „fortuna quam habuerunt Europa et Io; ut illae ex infelicissimis fortunatae denuo sunt factae, ita et tu minime spe destituta es."

3 v. Arnim genitivi formam -μένης Argo spectare et cum verbis ἐπ' οἶδμα iungendam esse putat, tum infinitivum ἀνάψαι pendere ab ὀρούσας. Contra Morel (p. 39) -μένης ad γαληνείας trahit, maris descriptionem hic fuisse ratus. Hoc veri non dissimile, illud incredibile. Recte enim Weil (p. 5) ad infin. ἀνάψαι supplet verbum imperandi, sic vertens: „le héros qu'enfanta la jeune Aigina, fille du fleuve, [commanda]" etc.

4 οἶδμα γαληνείας verba inter se contraria confert Diehl (p. 67) cum latinis *aequoris aestu* (Verg. Aen. III 397), *saeva aequora* (ib. IV 524), *horrida aequora* (Hor. C. III 24, 40).

5 πρυμνήσι' ἀνάψαι iam apud Hom. ι 137 occurrit.

6 sq. ποταμοῖο, ἐτέκνωσε, Πη/λέα· metri causa, vid. Gr.-H. ad 1 II 1—14. ποταμοῖο: Asopi, vid. I. A. 697. Ne autem Peleum insolite hic *filium* Aeginae dici arbitremur, ἐτέκνωσε vertendum est „stirpis auctor fuit" (Morel). De Peleo Argonautarum expeditionis participe cf. Andr. 792 sqq.

8—10 cf. Stat. Theb. V 344 sq.: acclinis malo mediis intersonat Orpheus / remigiis.

10 κίθαρις Ἀσιάς[1] cf. fr. 64 II 101, Cycl. 443 sq., Ar. Thesm. 120 ubi ad Ἀσιάδος mente addentum κιθάρας Orpheus etiam apud Pindarum (P. IV 177) in Argonautarum numero memoratur.

---

1. κίθαρις Ἀσιάς cum frequens sit locutio, alterum epitheton (Θρῇσσα) addi posse observant Gr.-H.

μακροπόλων πιτύλων ἐρέτῃσι κε-
λεύσματα μελπομένα, τότε μὲν ταχύ-
πλουν τότε δ' εἰλατίνας ἀνάπαυμα πλά-
τα[ς]. τ[ά]δε μοι τάδε θυμὸς ὑδεῖν ἵε-
ται, Δαναῶν δὲ πόνους
ἕτερος ἀναβοάτω.
Χο(ρός) παρὰ σοφῶν ἔκλυον λόγο[υ]ς (ἀντιστρ. β')
πρότερον ὡς ἐπὶ κυμάτων
πόλιν καὶ πατρίους δόμου[ς
Φοινίκας Τυρία παῖς
Εὐρώπα λιποῦσ' ἐπέβα
Διοτρόφον Κρήταν ἱερὰν
Κουρήτων τροφὸν ἀνδρῶν,

11—16 sic dividuntur in P.: πιτυλων/— μελπομεναν/—ταχυπλουν/—πλατα[..]/—ιεται/ *11* μακροπόδων Wil μακρορόθων vel μακροπόνων We *12* μελπομεναν P. *15* ιδειν P.: corr. Wil (ὕδειν He) *19* ποτερον P. ῥόθιον We νοτερόν (sc. πέδον) cl. Hipp. 150 Busche *22* $\overset{\varepsilon}{\alpha\pi\alpha\beta\alpha}$ P.

11 sqq. aliter dividuntur in papyro (vid. ann. crit.).

11 μακροπόλος idem valet atque μακρός, cf. οἰοπόλος Il. N 473, P 54, T 377, Ω 614, Pind. P. IV 28, ἀκροπόλος Il. E 523. De vocabulo πίτυλος vid. Wilam. ad. Herc. 816. *Remos* hic dici contextus docet.

12 ταχύπλουν, sc. κέλευσμα (Diehl).

14 cf. Anaxilas fr. 22, 17 K. ἐλατίνῳ πλάτῃ.

15 Formam ἰδεῖν tuetur v. Arnim eodem fere modo quo Robert (vid. Excurs. II)

16 Δαναῶν πόνους: Weilii opinionem (p. 5), de Troiae obsidione hic agi a nullo probatum iri persuasum mihi habeo.

17 ἀναβοᾶν praecedenti ὑδεῖν respondet, cf. Bacch. 1154 ἀναβοάσωμεν ξυμφοραν κτλ., Ar. Plut. 639 ἀναβοάσομαι — Ἀσκληπιόν. Paulo aliter Hel. 1309 κρόταλα ἀνεβόα, 190 ἀναβοᾷ γάμους.

18 sqq. De Aeschyli Caribus sive Europa poetam cogitasse conicit Wecklein (p. 21), qui illius fr. 99, 7 confert: καὶ τρισὶ γοναῖσι κτλ. (cf. infra vs. 26).

19 πρότερον cf. in stropha (1 II 16) πότερα.

21 sq. Cf. fr. 472 N. Φοινικογενοῦς παῖ τῆς Τυρίας τέκνον Εὐρώπης (ubi pro παῖ τῆς Gr.-H. παιδός proponunt, cf. Diehl p. 65 sq.[1])

22 Lectionem ἐπέβα (vid. ann. crit.) praetulerunt Gr.-H., quod verbum ἀποβαίνειν cum accusativo coniunctum non redeat apud nostrum.

23 sqq. Bacch. 120 sqq.: ὦ θαλάμευμα Κουρή|των ζάθεοί τε Κρήτας| Διογενέτορες ἔναυλοι.

1. Verba παῖ τῆς Τυρίας deleta apud Nauck; cf. Cobet, Variae Lectiones 1873², p. 289.

ἃ τέκνων ἀρότοισ[ι]ν
τρισσοῖς ἔλιπεν κρά[τος]
χώρας τ' ὄλβιον ἀρχάν.
Ἀργείαν θ' ἑτέραν κλύω
[οἴσ]τρῳ βασίλειαν Ἰὼ
[πάτ]ρας ἀμφὶς ἀμεῖψαι
[κερ]ασφόρον ἄταν
[ταῦ]τ' ἦν θεὸς εἰς φροντίδα θῇ σοι,
[. . . .'] . [.]ς δή, φίλα, τὸ μέσον·
[. . . . .] ἀπολείψει
[. . . . . π]ατέρος πατέρα
[. . . . .]τεχει σέθεν

26 τρισσοῖσιν propter metrum Ar *29* [κέν]τρῳ spatium minus aptum esse annotat Hunt κα]ιρῷ ,opportune' Mo βα[[λπ]]αν (σιλει) P. Ar sic dividit: Ἰ/ὼ πάτρας ἀμφὶς ἀμεῖ/ψαι *32* αν P.: corr. Wil *33—37* e. g. sic suppl. Wil [συνι]ε[ῖ]ς δή, φίλα, τὸ μέσον,/[ἐλπὶς δ' οὐκ]απολείψει / [ἔτι σε τὸν π]ατέρος πατέρα / [ῥύσεσθαί πο]τ'· ἔχει σέθεν [ὥραν, / καὶ τάχα σ']ωκύπορο[ς] μετανίσσεται (*36* in P. σεθεν finis totius versus est; *37* pro καὶ τάχα σ' Hunt scribit αὐτίκα δ') *33* στέρξει]ς δή Radermacher τηρήσει]ς δή Schmidt *36 sq.* σέθεν / [μνῆστιν· ὅτ'] Ar

25 sq. Europae filii sunt Minos, Sarpedon, Rhadamanthys (Apollod. III 1,1). Cum locutione τέκνων ἀρότοισιν cf. Med. 1280 τέκνων ἄροτον, Ion. 1095 ἄδικον ἄροτον ἀνδρῶν. Praeterea vid. Or. 553, Ph. 18, Aesch. Sept. 754, Soph. Ant. 569, Dieterich, Mutter Erde 1913², p. 47.

28. Ἀργείαν ἑτέραν: et alteram eamque Argivam.

30 sq. ἀμφίς alibi in tragoedia non extat.

ἀμείβειν κερασφόρον ἄταν „to take the horns of a cow" male vertunt Gr.-H. Sensus est: ***procul patria Io liberata est misero corrnuum ornatu*** (sic. v. Arnim). Nisi contextus doceret Ius etiam casum ad consolandam Hypsipylam commemorari, potius crederem verba πάτρας ἀμφὶς ἀμεῖψαι iungenda esse et significare „patriam reliquisse" (cf. Bacch. 65 Τμῶλον ἀμείψασα, El. 750 ἄμειψον δώματα), sic ut κερασφόρον ἄταν appositio ad totam sententiam esset (vid. Wilamowitz ad Herc. 59).

Cornigera Io redit Ph. 248 τᾶς κερασφόρου Ἰοῦς (cf. ib. 828), Aesch. Pr. 588 τᾶς βούκερω παρθένου. Cum locutione κερασφόρον ἄταν cf. I. T. 225 αἱμόρραντον ἄταν.

32 sqq. „Haec si tecum reputaveris, intelleges te quoque sperare posse tandem aliquando Bacchum tibi auxilio venturum."

[. . . . .] ὠκύπορο[ς] μετανίσσεται
[. . . . .] γενεα [. . . .]
[. . . . .]ιοσ[
[. . . . .]ωσ.[
[. . . . .]σφιλ[
[. . . . .] . [
[. . . . .] . ο . [
— — — — — —

---

33 τὸ μέσον id quod τὸ διάφορον valet. Cf. Alc. 914 cum schol.

37 ὠκύπορος cf. strophae (1 II) vs. 34 ὠκυπόδας.

Fr. 1 Col. IV.

(Ὑψ.) — — — — — —
νεμον ἄγαγέ ποτε. [
κυναγόν τε Πρόκριν
τὰν πόσις ἔκτα
κατεθρήνησεν ἀοιδαῖς.

Initium sic restituere conatus est Mo: [λιμέν' εὐή-] / νεμον ἄγαγέ ποτε [δαίμων] / κυναγόν *2* κυμα[[τ]]$^{\gamma}$ον P: corr. Murray ποτ' ἐπ[ὶ] κυμάτων Ro Ποκριν P: corr. Murray *3* primo omissus, postea insertus *4* πόσις, ἐκ τοῦ post ἀοιδαῖς addit Ar, versu sq. θάνατον cum Huntio F. T. P. legens ἀοιδαῖσ[ιν ἐπεί νιν] .θάνατος Mo p. 31, at idem ἀοιδαῖς [πόσις, ὥς νιν] θάνατος p. 45

---

1 sqq. Ante hos versus initium Hypsipylae responsi interiit, quam ob causam haud paucas difficultates primi nobis versus praebent. Nam patet quidem Hypsipylam eis feminis quas chorus consolandi gratia nominaverat alias opponere multo miseriores ideoque magis secum comparandas, sed sententiae constructio latet nos. Particula τε docemur praeter Procrim et alteram feminam in textu occurrisse. Vocabuli κατεθρήνησεν subiectum cum Weilio (p. 5) μουσικήν (la poésie) esse arbitor[1] propter versus sequentes. Sensus igitur est: „Quarum mihi solacii causa admonuistis, earum sors meae dissimilis est; ego nullam habeo spem. Et aliis me assimulo et Procridi, quae tamen non omnino infelices fuerunt, Musa enim eas miserata est, morte doloribus sunt liberatae; at meam sortem quis defleat?"

2 κυναγόν participii praesentis

---

1. Eodem fere modo Schmidt p. 644.

θάνατος ἔλαχε· τὰ δ' ἐμὰ πάθε[α
τίς ἂν ἢ γόος ἢ μέλος ἢ κιθάρας
ἐπὶ δάκρυσι μοῦσ' ἀνοδυρομένα
μετὰ Καλλιόπας
ἐπὶ πόνους ἂν ἔλθοι;
(*Χο.*) *ὦ Ζεῦ Νεμέας τῆσδ' ἄλσος ἔχων*
τίνος ἐμπορίᾳ τούσδ' ἐγγὺς ὁρῶ
πελάτας ξείνους Δωρίδι πέπλων

5 τὰ δ' ἐμὰ πάθεα θάνατος ἔλαχε Wil, 'quam transpositionem probat Schmidt *6 κιθαρι[σμα* vel *κιθαρι[ς* in margine P. *7 επι δακρυσει* P. *επιδακρυσιμ[* in margine *μοῦσ'* ex *ἐμούς* ortum esse putat Wil *6 sq. κιθάρισμ' ἐπὶ δάκρυσ' ἐμοῖς ἀνοδυρόμενον* male Schmidt *9 ἐπιπονοῦσ'* Ar *11 εμποριας* P.: corr. We *12* ξ^{ι}ενους et δωρ^{ι}[[ο]]δι P.

vim habet (Weil)[1]. Ante Euripidem Procris venatus studiosa non occurrit (cf. Morel p. 45).

5 θανατος ἔλαχε non vertendum est „la mort convient à qui souffre comme moi" (Weil). Neque video quomodo, si coniungamus *θάν. ἔλ. τάδ' ἐμὰ πάθεα,* haec verte possint[2]. Locutionem *θάνατος* (*Πρόκριν*) *ἔλαχε* recte defendit Morel (p. 44) allatis Hom. Ψ 79, Theocr. IV 40, Alciphr. III 13 (Schep. p. 72 = Nauck, fr. adesp. 17). Solitam structuram habes I. T. 913 sq. *τίνα ποτ' Ἠλέκτρα πότμον εἴληχε βιότου.*

6 sqq. Sensus: „Quis suscipiat negotium lamentandi mea mala?" *κιθάρας ἐπὶ δάκρυσι μοῦσα* „citharae vox cum lacrimis coniuncta." cf. Ph. 1499 *στοναχὰν ἐπὶ δάκρυσι,* Hel. 176, Tro. 315.

6. Cf. I. T. 895 sq. *τίς ἂν οὖν τάδ' ἂν ἢ θεὸς ἢ βροτὸς ἤ τι τῶν ἀδοκήτων κτλ.*

1. „In the hunt" vertit Cruickshank p. 7.
2. De Roberti opinione vid. p.

8 μετὰ Καλλιοπας vocem humanam citharae additam significat (Morel p. 46). Non igitur necessario vim concessivam habet, quam post Gr.-H. et Weil(„fussent-ils inspirés par Calliope") et Cruickshank („even with the aid of Calliope") locutioni attribuerunt.

9. Ad *πονους* vocem *ἐμούς* supplent Gr.-H. ex *ἐμὰ πάθεα* vertuntque *ἐλθεῖν ἐπί* „to come up to"; quos secutus Weil „égaler mes malheurs." Schmidt (p. 645): „möchte wegen (!) meiner Tränen mit Kalliope aufjammernd sich mühen?" In quibus cetera displicent, ultima tamen verba probari possunt. Nam *ἐπὶ πόνους ἐλθεῖν* significat „sich an die Arbeit (des Klagegesangs) machen" (Wecklein p. 22 sq., conferens Andr. 342 *εἶσιν οἶ χρη, εἰς πᾶν ἐλθεῖν,* alia eiusmodi)[1].

11. ἐμπορίᾳ id quod *χρείᾳ* valet (Wecklein p. 23).

1. v. Arnim *ἐπιπονοῦσ'* legens: „niemand wird sich die mühe nehmen, ihr leiden zu besingen." Morel p. 45: „aggredi labores", conferens Soph. Ph. 1419 *ὅσους πονήσας καὶ διεξελθὼν πόνους.*

ἐσθῆτι σαφεῖς πρὸς τούσδε δόμους
στείχοντας ἔρημον ἀν' ἄλσος;

ΑΜΦΙΑΡ(ΑΟΣ)
ὡς ἐχθρὸν ἀνθρώποισιν αἵ τ' ἐκδημίαι
ὅταν τε χρείαν εἰσπεσὼν ὁδοιπόρος
ἀγροὺς ἐρήμους καὶ μονοικήτους ἴδῃ
Collatis I. A. 900 οὐκ ἐπαιδεσθήσομαί γε προσπεσεῖν τὸ σὸν γόνυ, Soph. Ant. 510 σὺ δ' οὐκ ἐπαιδεῖ, τῶνδε χωρὶς εἰ φρονεῖς; videtur mihi recte distinxisse Przychocki (p. 302 sqq.) duas verbi ἐπαιδέομαι significationes, 1° pudet me alicuius rei *quam facio,* 2° pudet me alicuius rei, *quam feci,* h. e. submitto me, culpam meam confessus. Atque Hypsipylae verba sic interpretatur: „itaque frustra me submisi, culpam ingenue confessa reginae, a qua veniam sperabam, nunc autem crudelem mortem pati iubeor." Cf. Weil p. 7: *ma sincérité ne m' a donc pas sauvée.* Sed alii alia opinantur, quae singula enumerare longum est.

22 ἐπίσχες οὗτος Ar. Ran. 522, ubi vid. v. Leeuwen.

25 ὦ προς σε γονάτων nullo precandi verbo addito Ph. 923, cf. Ph. 1665, Med. 324, Andr. 892, Hel. 1237. ἱκέτις πίτνω idem valet atque ἱκετεύω. Cf. Med. 863 παίδων ἱκετᾶν πιτνόντων.

27 Cf. Soph. Ai. 34 καιρὸν δ' ἐφήκεις.

30 Amphiaraum eiusque comites dicit (ξένοις), nisi forte aliud quid respicit ad partem omissam pertinens.

33 De ἐμπύροις cf. infra v. 58, Suppl. 155, Ph. 954, I. T. 16, Hel. 746, Aesch. Pr. 496 sqq., Soph. Ant. 1005.

35 παρών imperfecti partic. Cf. e. g. Soph. O. C. 1587 καὶ σύ που παρὼν / ἔξοισθα.

(Ἀμφ.) εἰδὼς ἀφῖγμαι τὴν τύχην θ' ὑπειδόμην
τὴν σὴν ἃ πείσῃ τ' ἐκπεπνευκότος τέκνου,
ἥκ[ω] δ' ἀρήξων συμφοραῖσι ταῖσι σαῖς,
τὸ μ[ὲ]ν βίαιον οὐκ ἔχων, τὸ δ' εὐσεβές.
αἴ[σχρ]ὸν γὰρ εὖ μὲν ἐξεπίστασθαι παθεῖν
δρᾶσαι δὲ μηδὲν εὖ παθόντα πρὸς σέθεν.
πρῶτον μὲν οὖν σὸν δεῖξον, ὦ ξένη, κάρα·
σῶφρον γὰρ ὄμμα τοὐμὸν Ἑλλήνων λόγος
πολὺς διήκει· καὶ πέφυχ' οὕτως, γύναι,
κοσμεῖν τ' ἐμαυτὸν καὶ τὰ διαφέρονθ' ὁρᾶν.
ἔπειτ' ἄκουσον, τοῦ τάχους δὲ τοῦδ' ἄνες·
εἰς μὲν γὰρ ἄλλο πᾶν ἁμαρτάνειν χρεών,
ψυχὴν δ' ἐς ἀνδρὸς ἢ γυναικὸς οὐ καλόν.

44. σ[[ο]][ω]φ[ρ]ον P. Ἑλλάδ' ὡς λόγος Ar coll. Soph. O. C. 305, Aesch. Sept. 900, Ag. 476 *44 sq.* λόγον / πολὺν We *45* και[πε]φυκ P. *47* ταχουσ[δ]ε P. ανε[σ][[ο]] P. *48* ει[σ]μεν P. ἁμαρτάνειν πάρα We

37 εἰδώς „sc. ea quae crimini tibi dat Eurydica" Morel p. 17.

38 Cf. Hel. 142 ἐκπνεῦσαι βίον; Aesch. Ag. 1493. Or. 1163 ἐκπνέων ψυχήν; absolute ut hic Herc. 886, Soph. Ai. 1026.

43 Amphiarai adventu velavit se regina; feminam enim dedecet foris versari; sic nutrix monet Hermionam (Andr. 876): ἀλλ' εἴσιθ' εἴσω μηδὲ φαντάζου δόμων / πάροιθε τῶνδε, μή τιν' αἰσχύνην λάβῃς, cf. etiam Ph. 92 sqq. Achilles Clytaemestra πρὸ δωμάτων aspecta exclamat (I. A. 821) ὦ πότνι' αἰδώς, illa adulescentis pudorem probat: αἰνῶ δ' ὅτι σέβεις τὸ σωφρονεῖν (ib. 824). Prae ceteris cf. El. 343 sq. γυναικί τοι / αἰσχρὸν μετ' ἀνδρῶν ἑστάναι νεανιῶν. Vid. P. Masqueray, Euripide et ses idées, Paris 1908, p. 304.

Ad versus dictionem cf. Heraclid. 942 πρῶτον μὲν οὖν μοι δεῦρ' ἐπίστρεψον κάρα.

44 Sensus: „Graecorum sermo modestiam meam celebrat". Mutatione non opus est (vid. ann. crit.), licet verbum διήκειν insolite hic adhibeatur.

46 κοσμεῖν ἐμαυτόν: me ipsum honore afficere, morum scilicet integritate. Editores vertunt 'regulate', 'restrain', sed Andr. 956, quem locum citant, κοσμεῖν valet *excusare*, ut Tro. 982. Cf. λόγοις ἑαυτὸν κοσμεῖν Plat. Lys. 196 B, Lach. 197 C. — διαφέροντα: 'essential qualities'.

47 τάχος eandem vim habet Bacch. 670. De verbo ἀνιέναι cum gen. coniuncto vid. v. Leeuwen ad Ar. Ran. 700.

48 ἁμαρτάνειν χρεών: fieri non potest quin erremus.

49 Gr.-H. conferunt Alc. 301 ψυχῆς γὰρ οὐδέν ἐστι τιμιώτερον.

(Εὐρ.) ὦ ξένε πρὸς Ἄργει πλησία[ν] ναίων χθόνα,
πάντων ἀκούουσ' οἶδά σ' ὄ[ν]τα σώφρονα·
οὐ γάρ ποτ' εἰς τόδ' ὄμμ' ἂν ἔβλ[ε]ψας παρών.
νῦν δ' εἴ τι βούλῃ, καὶ κλύειν σέθεν θέλω
καί σ' ἐκδιδάσκειν· οὐκ ἀνάξιος γὰρ εἶ.
(Ἀμφ.) γύναι, τὸ τῆσδε τῆς ταλαιπώρου κ[α]κὸν
ἀγρίως φέρουσάν σ' ἤπιον θ[έσθαι θέλ]ω,
οὐ τήνδε μᾶ[λ]λον ἢ τὸ τῆς δ[ί]κης ὁ[ρ]ῶν.
αἰσχύνομαι δὲ Φοῖβον οὗ δι' ἐμπύρ[ω]ν
τέχνην ἐπασκῶ, ψεῦδος ε[ἴ τ]ι λέξομεν.
ταύτην ἐγὼ 'ξέπεισα κρηναῖον [γά]νος
δεῖξαι δι' ἀγνῶν ῥευμάτων [ὅπως λάβω
στρατιᾶς πρόθυμ', Ἀργεῖον ὡς δ[ιεκπερῶν

Fr. 60 Col. II Desunt versus tres

[. . . . . .] νσιν[
[. . . .] παῖς με[
[. . .]ασα μὲν[
[ἡμ]εῖς δὲ[
[. . .] αι θέλ[οντες
[δρ]άκων ασ[
ἠκόντισ' ἁ[

50 ναιω Ar 51 παντων δ' P.: corr. Gr.-H. ακοουσ' P. 52 ὄμμα P.: corr. Gr.-H. 53 βουλει P. 56 suppl. Gr.-H. 59 επασκῶν P. 61 suppl.
σ αργειονω̄σ α
Murray 62 στρατια P. προθυμα[[σωστιν[.] . ν]] P. suppl. Wil 67 [χὠ] παῖς Wil [ἴανε] παῖς Bury 68]ας ἀμει[ψ legi possit 69 ἡμ]εῖς Gr.-H. 70 θῦσ]αι We σῶσ]αι Ar 71 ἄσ[ημος Bury 72 ἠκόντισ' α[ἱματωπὸν ὄμμασιν βλέπων Bury coll. fr. 870 ἠκόντισ' α[ὐτόν Mo

---

52 Nisi *σώφρονα* te esse scirem, non sinerem te aspicere vultus meos.— Iure vocabulum *ἂν* ab editoribus insertum est.

60 *κρηναῖον γάνος* Aesch. Pers. 483. Apud nostrum cf. Suppl. 1150 *Ἀσωποῦ γάνος*, Hel. 462 *Νείλου γάνος*, Bacch. 261 et 382 *βότρυος γάνος*, Cycl. 415 *Διονύσου γάνος*.

62 Post *δ[ιεκπερῶν* Wilamowitz *ὅρισμα* vel tale quid in textu fuisse suspicatur.

Fr. 60 Col. II. *66 sqq.* Amphiaraus quomodo Opheltes perierit reginae narrat. E vs. 73 Morel, cum Arnimio *φεύγοντα* supplens, colligit „puerum ea iam aetate fuisse, ut currendi facultatem haberet.“ At potius crediderim *δρόμῳ* ad alium referendum esse, vel Amphiaraum vel Hypsipylam vel ipsum serpentem.

72 Ingeniose hunc versum ex fr.

καὶ νιν δρόμ[ῳ
εἷλιξεν ἀμφ[ὶ
ὑμεῖς δ' ἰδό[ντες
ἐγὼ δ' ἐτόξευσ'[
ἀρχὴ γὰρ ἡμῖν[
Ἀρχέμορος ε[
σύ τ' οὐχὶ σαυτὴ[ν
ὄρνιθα δ' Ἀργείο[ισι
καὶ μὴ στολ[
ἀλλουχ[
πολλοὶ δ[
Κάδμου[

73 δρόμ[ῳ Gr.-H., tum φεύγοντα ταῖς σπείραις φθάσας Ar *75* ἰδό[ντες Gr.-H., deinde ὄρθι' ὠλολύξαμεν Ar *76* [ὧδ' ἔπος· θανὼν ὁ παῖς· Ar *77* [πημάτων πολλῶν θανών Bury [ἐγένεθ' αὕτη τοῦ μόρου· Ar, qui et sequentia usque ad vs. 89 sententiae illustrandae causa de suo supplevit *78* αρχεμο[[ν]]^{ρ}[οσ P.

870 N.[1] supplevit Bury. Subiectum utique serpens est; idem monet generi cuidam anguium ἀκοντίας fuisse nomen. (Cf. ἀσπίς *vipera*). Ad verbi ἀκοντίζειν sensum translatum cf. Suppl. 456, Ion, 1155, Tro. 444, I. T. 362, Or. 1241, Bacch. 665 (κῶλον ἐξακοντίζειν *celerrime movere*), Herc. 1149, Hel. 1588.

73 Vid. ad fr. 754 (supra p. 27).

74 Spiris suis puerum complexus est serpens.

75 Haec verba non docent puerum „per amoenum illud pratum vagatum loco quo depositus erat abiisse", ita ut non procul ab Argivis ab hydra correptus sit (Morel p. 14), sed clamore pueri vel Hypsipylae eum quaerentis audito accurrit Amphiaraus; quod huius columnae initio relatum fuisse mihi verisimile videtur.

76 Recte me iudice v. Arnim ἐτόξευσα sensu translato usurpatum esse putat; apte contulit Aesch. Suppl. 446 καὶ γλῶσσα τοξεύσασα μὴ τὰ καίρια. Cf. fr. adesp. 529 N. (ὅταν τις) γλώσσῃ ματαίους ἐξακοντίσῃ λόγους. Amphiaraum „hasta" clarum esse (Pind. Ol. VI 16 sq.), arcum parum in honore fuisse (Eur. Herc. 160 sqq.) observavit Morel (p. 14)[2]. — Cf. etiam Andr. 365 καί σου τὸ σῶφρον ἐξετόξευσεν φρενός, Hec. 603 καὶ ταῦτα μὲν δὴ νοῦς ἐτόξευσεν μάτην, Tro. 255 ἔρως ἐτόξευσ' αὐτόν (sed hic de usu translato dubitaveris).

77 Cum Archemori nominis interpretatione cf. Bacchyl. 8, 14 (supra p. 27).

80 ὄρνις *omen*, cf. I. A. 988 ορνις γένοιτ' ἄν... θανοῦσ' ἐμὴ παῖς (Gr.-H.). Cf. Arist. Av. 719 etc.

84 Κάδμου, sc. πόλ(ις) vel simile quid (Gr.-H.).

1. Quod Hartung primus (Eur. Restit. II 436) ad nostram tragoediam rettulerat.

2. Cui obloquitur Wecklein, Philol. Wochenschr. 1921, p. 961.

νόστου κυρησ[
Ἄδραστος ἵξετ' ἄρ[α
ἑπτὰ στρατηγ[
τὰ μὲν γενόμεν[α
—96 = fr. 757 N. ἃ δ' αὖ παραινῶ τ[αῦτά μοι δέξαι, γύναι.
ἔφυ μὲν οὐδεὶς ὅ[στις οὐ πονεῖ βροτῶν
θάπτει τε τέκ[να χἄτερα κτᾶται νέα
αὐτός τε θνῄσκε[ι· καὶ τάδ' ἄχθονται βροτοὶ
εἰς γῆν φέροντες [γῆν. ἀναγκαίως δ' ἔχει
βίον θερίζειν ὥ[στε κάρπιμον στάχυν,
καὶ τὸν μὲν εἶ[ναι τὸν δὲ μή· τί ταῦτα δεῖ
στένειν ἅπε[ρ δεῖ κατὰ φύσιν διεκπερᾶν;
ἃ δ' εἰκὸς Ἀργο[
θάψαι δὸς ἡμ[ῖν

δ
86 ἀραστος P. 86—88 sic suppl. Gr.-H.: Ἄδραστος ἵξετ' ἄρ[α πάτριον αὖ πέδον] / ἑπτὰ στρατηγ[ῶν ἐκσεσωσμένος μόνος.] / τὰ μὲν γενόμεν[α δὴ σαφῶς ἐπίστασαι· 89 ἃ γ' οὖν Clem. Al. 90 ὅστις οὐκ ἀεὶ πονεῖ Stob. 91 θαπτειν P. θάπτειν . . . . καὶ ἕτερα κτᾶσθαι πάλιν Stob. χἄτερ' αὖ Plut. καὶ ἕτερα σπείρει νέα Clem. Al. 92 αυτοι P. αὐτοὺς θνῄσκειν κατὰ δ' Stob
σ
93 ειγῆν P. φέροντες γῆν Grotius: τήνδ' Plut. et Stob. 96 post hunc vs. Plut. et Clem. add. δεινὸν γὰρ οὐδὲν (vel οὐ δ. οὐδ.) τῶν ἀναγκαίων βροτοῖς 97—113 alii aliter supplere conantur

---

85 κυρήσ[ας? iungendum esse cum Ἄδραστος statuunt editores.

Fr. 757 N. *89—96* Versus celeberrimi, quos multi citabant (vid. apud Nauck). Versionem latinam dedit Cicero (Tusc. III 25, 59): mortalis nemo est quem non attingit dolor / morbusque. multis sunt humandi liberi, / rursum creandi, morsque est finita omnibus. / quae generi humano angorem nequiquam adferunt. / reddenda terrae est terra[1], tum vita omnibus / metenda, ut fruges: sic iubet necessitas.

89 παραινεῖν de philosophia exponenda dictum ut Hel. 1017 (vid. Wilamowitz, Anal. Eurip. p. 164, 4), Herc. 89.

90 sqq. Cf. Suppl. 174—179 (ubi vid. Murray in annot.).

91 De orbitate nova prole compensata cf. Stat. Theb. VI 49, Soph. Antig. 910, Herod. III 119 (ἀνὴρ μέν μοι ἂν ἄλλος γένοιτο, εἰ δαίμων ἐθέλοι, καὶ τέκνα ἄλλα, εἰ ταῦτα ἀποβάλοιμι).

94 κάρπιμος στάχυς Suppl. 31; adiect. occurrit etiam Hel. 112. Cf. Bacch. 750 εὔκαρπος στάχυς.

98 sqq. „Nobis trade corpus sepeliendum; immortale filio tuo erit nomen; memoria eius ludis sollemnibus in aeternum celebrabitur".

---

1. Hinc Grotius vs. 93 correxit.

οὐ γὰρ καθ' ἡμ[
ἀλλ' εἰς τὸν ἀε[ὶ
τοῖ[ς σο]ῖς βρότε[
κλεινὸς γὰρ ἔσ[ται
ἀγῶνά τ' αὐτῷ[
στεφάνους διδ[
ζηλωτὸς ἔστ[αι
ἐν τῷδε μὲ[ν
μνησθήσετα[ι
ἐπωνομάσθη[
Νεμέας κατ' ἄλσ[ος
ἀναιτία γάρ· τοῖς[
σὺν γὰρ καλῷ σο[
θήσει σε καὶ παῖδ'[
(Εὐρ.) ὦ παῖ, τὸ μέν σοι τ[
[..]ῆσσον ἢ μὴν[
114—117 = Fr 759 N. πρὸς τὰς φύσεις[χρὴ καὶ τὰ πράγματα σκοπεῖν
καὶ τὰς διαίτας τῶ[ν κακῶν τε κἀγαθῶν,
π[ει]θὼ δὲ τοῖς μὲ[ν σώφροσιν πολλὴν ἔχειν,
το[ῖς μὴ δικ]αίοις[δ' οὐδὲ συμβάλλειν χρεών.

98 a errore om. in ed. 1 et apud Hunt F.T. P. *117* χρεών: λόγον We

---

99—101 Comparant editores Stat. Theb. V 536 sq. ut inde sacer per saecula Grais / gentibus et tanto dignus morerere sepulcro, *ib.* 741 mansuris donandus honoribus infans.

99 εἰς τὸν ἀε[ί τοι χρόνον Gr.-H. Item Plato Phaed. 103 *E* εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον.

102 sq. Schol. Clem. Al. 424, 19 (Ἄδραστος) ἐπ' αὐτῷ τὸν Νεμεακὸν ἀγῶνα συνεστήσατο. Ceterum vide Rohde, Psyche I 1921 7/8, p. 152.

104 Qui Nemea vicerit, beatam deget vitam.

109 Ad veniam implorandam pro Hypsipyla nunc transit vates.

112 sqq. Reginae iram sedatam esse apparet.

Fr. 759 N. *114 sq.* Similiter fr. 917 N. πρὸς τὰς διαίτας τῶν ἐνοικούντων πόλιν / τὴν γῆν ἰδόντας τὰς νόσους σκοπεῖν χρεών.

116 sq. πειθὼ ἔχειν τοῖς σώφροσιν χρή: „für die σώφρονες (hic Amphiaraum intellegendum esse cl. 60 I 51 recte observat Morel p. 20) soll man πειθώ haben (d. h. καὶ πείθειν καὶ πείθεσθαι) [quibus 60 I 53 καὶ κλύειν καὶ ἐκδιδάσκειν respondere annotat Morel l. l.], τοῖς μὴ δικαίοις δ' οὐδὲ συμβάλλειν χρεών, sich nicht einmal auf eine so äußerliche Berührung einlassen, wie die συμβόλαια bewirken" (Wilam. ad Herc. 299). Aliter I. A. 104 πειθὼ εἶχον πρός *habebam quo persuaderem.* Notatu dignum etiam Xenoph. Reip. Laced. II 2 ὥστε πολλὴν μὲν αἰδῶ, πολλὴν δὲ πειθὼ ἐκεῖ συμπαρεῖναι.

Fr. 61

(Ὑψ.?)]ειποι[
]λ' ο[ὔ]ρι' ἀζήλῳ κα[κῷ
ἤλ]θε καρδίας ἔσ[ω
]σθ' [ἔ]χοις νεανι[
ἦ]λθ' ὁμοῦ παρόνθ' ὅμ[ως
ζῶ]σιν ἢ τεθνᾶσι δ[ὴ
]λλα δυστυχοῦν[τ
]δουλείαν πικρ[ὰν
]ς ἀνηνύτους λό[γους
]αύσομαι, σὲ δ' ὦ[
]κατασιήσειας ἄ[ν
πρό]σθ' ἐλευθέραν.[
]ος εἰ σύ μοι τερ[
σ]οφῷ δοίης χά[ριν
υ]λίκα [. . .] ιλα[
]·[

Fr. 62

]·σ...[
]νητομο.
. Λ]ημνίαις ὅδε
]ξαιμεν ἂν
]οὐ κωλύει
]ους μολεῖν
]είας τινὸς
]αυματα
]ν πλάκα
]·ου φρα[σ
']θο[

Fr. 61 initia versuum in editione sua suppl. Ar *2* ἃ ζηλῶ? Gr.-H. ο[ὔ]ρια ζήλῳ κα[κά Murray *4* fort. [ὄ]χοις cl. 33, 8 Gr.-H. *5*]λθομου (μ ex λ corr.?), potest etiam ὅ μ' οὐ legi vel ἦ]λθον οὐ *10* π]αύσομαι· σὲ δ' ὦ[τέκνον Pe σε δω[Gr.-H. *12* ὥσπερ πρό]σθ' ἐλευθέραν[ἐμέ Pe *14* τρ]οφῷ Ar, Pe [[υ]]

Fr. 62, 2 νητομο P. *3* νόμος παλαιός ἐστι Λ]ημνίαις tentavit Ar *7* τινός: vel τίνος Gr.-H.

Fr. 61—63 inter 60 II et 64 I collocanda putat Wilamowitz; „the allusions to Hypsipyle's sons in Fr. 61, 4—6, to Lemnos in Fr. 62, 3, and to Amphiaraus in Fr. 63, 6 suit that position"[1]; tamen ad diversas ea columnas pertinere papyri aspectus docet.

Fr. 61 Verba facit Hypsipyla, fortasse per totum fragmentum, sed quem alloquatur incertum.

4 De Euneo et Thoante agit, quorum de partibus vid. Exc. II (p. 70).

6 Cur illorum adulescentium vitae timeat non apparet (Morel p. 25); nisi forte in amissa textus parte hoc fere fuit: „utinam adessent filii mei, sed eheu, ne id quidem scio, utrum ζῶσιν ἢ τεθνᾶσι δή", cuiusmodi querela post vs. 4 tragicae ironiae plena foret.

8 Servitutem suam, ut infra vs. 12, memorat.

10 Opheltem nunc alloquitur.

Fr. 62, 5 κωλύει in comoedia redit (Ar. Eq. 723, 972). Murray comparat Rhes. 494 μηνίων. Cf. etiam Suppl.

1. Inter fr. 2 et 1 II ponitur fr. 61 ab E. Petersen p. 586, recte fortasse.

Fr. 63

— — — — —

(Ὑψ.?)].[..].[.]τισ[
]ἄνδρα κατέφυγεν [⏒—⏑—
]θειν ἐστὶν εἰς τα[.] δε.[⏑—
]ους ἀνέθεσαν· τὰς συν[⏑—
]οὐκ ἔχουσι συμμάχους
]ς Ἀμφιάρεως· σῶσαι[⏑—
]θις ὡσπερεὶ νεὼς.[
λ]α[μ]βάνω[

— — — — — —

Fr. 63 omnium versuum supplementa apud Ar *1* τίσ[ις Pe *2* ἀλλ' εἰς τὸν] Pe *4*]ους ex ος corr. P. *7 sq.* αὖ]θις ὡσπερεὶ νεὼς ζ[άλη] / πλαγκτῆς κυβερνήτην σε λ]α[μ]βάνω[σοφόν Wil (σ[άλῳ pro ζ[άλη Gr.-H.) ν[[α]]ως (ε supra) P.

Fr. 64 Col. I.

Nihil fere huius columnae servatum est. Finis reliquiae cum scholiis hae sunt:

Ἠ]δωνίσι Θρα-
κίαις 50
πά]γγαιον ὄρος
]τῆς Θράκης 51
]ας 52
interciderunt 3 versus.

1101 ἥδιον, quod tuetur Wilamowitz (Griech. Trag. I[6], p. 284).

7 τίνος si legimus de stichomythia cogitari possit, ut observant Gr.-H.

Fr. 63 Hypsipyla mortis periculo non iam imminente Amphiarai auxilium implorare pergit (Gr.-H.).

Fr. 64, Col. I. Haec columna anagnorismum continuit; quamobrem satis multos versus inter 60 II et 64 I periisse constat; desiderantur enim Eurydicae de Hypsipyla sententia, reginae abitus (nam ante fr. 64 II eam abiisse patet), ea quibus vati paranda erat via ad anagnorismum (Gr.-H. p. 26). Editorum opinione fr. 70 fortasse suum sibi locum habuit in parte superiore huius columnae, nisi quod papyri aspectus obstare videtur.

50 sq. In ipso textu fuisse Ἠδωνίσι et Πάγγαιον ratio fert. Quae nomina in hac fabula Dionysi cultus plena occurrere nihil est quod miremur. Edonis eodem sensu dici potuit quo Maenas (vid. in Roscheri Lex. Myth.

]ς ἦν 56
]ν

Fr. 64 Col. II

(Ὑψ.) τέκνα τ' ἀνὰ μίαν ὁδὸν
ἀνάπ[α]λιν ἐτρόχασεν
ἐπὶ φόβον ἐπὶ
χαρὰν ἑλίξας,
χρόνῳ δ' ἐξέλαμψεν εὐάμερος.

Fr. 64 Col. I 57]ν]] [[κατ]]κατ P. de nota κάτ(ω) cf. 1 II 8 *Fr. 64 Col. II* 60 τε post alterum ἐπί P.: del. Gr.-H. 61 χαράν scripsi: χάριν P. 62 χρόνῳ in fine vs. 61 P.

s. v. Edonis) et in Pangaeo fuit Bacchi oraculum (Herod. VII 111 οὗτοι (Σάτραι) οἱ τοῦ Διονύσου τὸ μαντήιόν εἰσι ἐκτημένοι, ib. 112 τὸ Πάγγαιον ὄρος — — — ἐν τῷ χρύσεά τε καὶ ἀργύρεα ἔνι μέταλλα, τὰ νέμονται — — — μάλιστα Σάτραι). Ubi etiam habitavit Lycurgus ille Bacchi adversarius (e. g. Soph. Ant. 956).

Fr. 64 Col. II. Recte ἐμέ antecessisse, δαίμων vel Βάκχος sententiae subiectum esse putant Gr.-H.

58 sqq. Locus satis communis de Fortunae rota. Conferunt editores Soph. fr. 787, 1 sq. πότμος ἐν πυκνῷ θεοῦ / τροχῷ κυκλεῖται, aptius Morel Ion. 1504 sq. ἑλισσόμεσθ' ἐκεῖθεν / ἐνθάδε δυστυχίαισιν εὐτυχίαις τε πάλιν. Ut autem textum mutarem (vid. ann. crit. vs. 61) hi me loci adduxerunt: Eur. Tro. 542 ἐπὶ δὲ πόνῳ καὶ χαρᾷ et Soph. Trach. 129 sq. ἐπὶ πῆμα καὶ χαρὰ πᾶσι κυκλοῦσιν. Vocabulum χαράν potius quam χάριν hic expectari testatur etiam Anglorum versio („rolling us now towards terror, now *delight*")[1].

Nec metrum obstat; immo confirmatur Wilamowitzii opinio qui nobis cum iambis hic rem esse putat.

Quod ad sententiam attinet, fugit nos cur Hypsipyla dicat et se et filios metu affectos esse. Et iure scripsit Morel (p. 28): „Quae vero maestitia his tribus personis antea impendebat? Matri sane supplicii periculum ceteraque quae iam ante Archemorum occisum perpessa erat. Sed quem dolorem qui timore eos percelleret filii senserunt? — — — ignoraturi videmur esse haec." In eandem difficultatem aliis adductus argumentis inciderat P. Hoffmann (De Anagnorismo, Diss. Vratislav. 1910), qui credit (p. 47) „Eurydicam Amphiarai narratione nequaquam placatam esse — — —, Amphiaraum autem Euneum et Thoantem — — — sibi adiutores adscivisse," tum cognitionem factam esse, deinde

1. Item Weil: *nous a fait passer de la terreur à la joie.* — Etiam Or. 159, 186 χάριν et χαράν permutantur.

Ἀμφιάρ(αος) τὴν μὲν παρ' ἡ[μ]ῶν, ὦ γύναι, φέρῃ χάριν,
ἐπεὶ δ' ἐμοὶ πρόθυμος ἦσθ' ὅτ' ἠντόμην,
ἀπέδωκα κἀγὼ σοὶ πρόθυμ' ἐς παῖδε σώ.
σῴζου δὲ δὴ σὺ τέκνα, σφὼ δὲ μητέρα,
καὶ χαίρεθ'· ἡμε[ῖ]ς δ' ὥσπερ ὡρμήμεσθα δή,
στράτευμ' ἄ[γ]οντες ἥξομεν Θήβας ἔπι.

οἱ Ὑψιπ(ύλης) υἱοί εὐδαιμονοίης, ἄξιος γάρ, ὦ ξένε,

ου
64 ἤντοτε P.: corr. Gr.-H. ἤ 'ν πόνῳ We *66* σώζ[[ε]] P.
φ τῆνδε
σω P. δεμητέρα P. τέκνα del., τήνδε recep. Gr.-H., Ar σῷζ' οὖν σὺ τέκνα, σφὼ δὲ τήνδε μητέρα We, quem secutus est Hunt
ὡ
67 ορμημεσθα P.

---

vatem discessisse. Et pergit: „Hypsipylam autem ab Eurydicae ultione nondum tutam esse fortasse ex ultimis verbis (fr. 64, 66 σῴζου δὲ δὴ σὺ τέκνα σ φ ὼ δ ὲ τ ή ν δ ε μ η τ έ ρ α) concludere possumus, si vim horum verborum augere licet neque credimus esse formulam salutantis Amphiarai — — —." At is versus, quem hunc in modum ab Hoffmann descriptum esse miror (vid. ann. crit.), nihil aliud significat nisi „in posterum coniunctim vitam felicem agatis." Abire autem vatem, cum sciat periculum aliquod etiamnum impendere, vix credibile est. Crudelis profecto et durus ei animus esset, si diceret: „filios tuos mihi debes, gratiam tibi persolvi, iam vestrum est vestris rebus consulere." Immo periculum, de quo agitur, *ante* hanc scenam ortum esse necesse est, sed quo loco quemque in modum non liquet.

62 Cf. Soph. Ai. 709 λευκὸν εὐάμερον φάος.

64 ἠντόμην verbum indicat Hypsipylae haud facile persuasum esse, ut vati fontem monstraret (Gr.-H.), id quod etiam ipse Amphiaraus dixerat 60 I 60 ταύτην ἐγὼ ἐξέπεισα κτλ.

66 Vocabulo τέκνα deleto editores σφὼ δὲ τήνδε μητέρα legunt, sic ut mente supplendum sit σῴζετε vel σῴζεσθε. Metri causa τέκνα σφώ reiciunt. At monuit Schmidt (p. 647) vocalem ante litteram σ quam sequitur consonans non semper produci; id ex litterae σ natura facile intellegi, cf. σπέλεθος > πέλεθος, στέγος>τέγος, σκεδαννυμι>κεδάννυμι. Plura invenies apud E. Mayser, Gramm. der griech. Papyri aus der Ptolemäerzeit 1906, p. 204; W. Christ, Metrik der Griechen und Römer 1879², p. 10.

69 ab altero filiorum dictus, 70 sq. ab altero. Sed quarto histrione opus non est; παραχορήγημα hic habemus (v. Herwerden).[1] Sola marginis nota docet nos utrumque filium loqui, nam repetitum εὐδαιμονοίης id non indicat, cf. Soph. El. 1163 sq., ubi Electra

---

1. Aliis usus argumentis etiam Wecklein (p. 29 sq.) παραχορήγημα postulat; putat enim adulescentes una cum Eurydica, Amphiarao, Hypsipyla in scena fuisse (fr. 60).

— εὐδαιμονοίης δῆτα· τῶν δὲ σῶν κακῶν,
τάλαινα μῆτερ, θεῶν τις ὡς ἄπληστος ἦν.
Ὑψιπ(ύλη) αἰαῖ φυγὰς ἐμέθεν ἃς ἔφυγον,
ὦ τέκνον, εἰ μάθοις, Λήμνου ποντίας,
πολιὸν ὅτι πατέρος οὐκ ἔτεμον κάρα.
(Εὔν.) ἦ γάρ σ' ἔτε.ξαν πατέρα σὸν κατακτανεῖν;
(Ὑψ.) φόβος ἔχει με τῶν τότε κακῶν· ἰὼ
τέκνον, οἷά τε Γοργάδες ἐν λέκτροις
ἔκανον εὐνέτας.
(Εὔν.) σὺ δ' ἐξέκλεψας πῶς πόδ' ὥστε μὴ θανεῖν; 1600
(Ὑψ.) ἀκτὰς βαρυβρόμους ἱκόμαν
ἐπί τ' οἶδμα θαλάσσιον, ὀρνίθων
ἔρημον κοίταν.

71 απληστος η P. *72* φυγας τ P. *74* πολιόν post ἔτεμον P.: transposuit Wil ἐτεμον [[υ]] P. *77* τεκνα P.: corr. Wil (cf. 73, 86, 91 etc.) Γοργόνες (opp. γυναῖκες, cf. Aesch. Eum. 48) Cruickshank *79* in margine adscripta littera π̄ (i. e. vs. 1600) *80* βαρυ[[δ]]ρομους (β supra) P. ἱκόμαν initio vs. 81 positum in P. *81* ορνεεων P.: corr. Wil

dicit: ὥς μ' ἀπώλεσας· | ἀπώλεσας δῆτα;[1] Eur. Or. 219 λαβοῦ λαβοῦ δῆτα. Contra in Medea codd. ante v. 1271 habent παῖς, ante 1272 ἕτερος παῖς, ante 1277 sq. παῖδες (οἱ δύο παῖδες A). Denique ut hic κωφὸν πρόσωπον unum tamen versum pronuntiat, sic in Aesch. Choephoris Pylades nihil nisi tres versus (900—902) effert (Robert p. 376, 1). Thoantem autem esse κωφὸν πρόσωπον ex vs. 101 colligitur, ubi vid.

71 Cf. Hel. 1102 τί ποτ' ἄπληστος εἶ κακῶν . . . ; I. T. 415 ἐλπὶς ἄπληστος.

74 πολιόν, cf. Ap. Rhod. I 620 sq. οἴη δ' ἐκ πασέων γεραροῦ περιφείσατο πατρὸς | Ὑψιπύλεια Θόαντος, ubi Schol. διὰ τὴν ἡλικίαν οὐκ αἴτιος οὐδὲ συνεργὸς τῆς ἀσελγείας, i. e. propter aetatem paelicibus abstinuerat, ita ut feminae ei iratae esse non possent. Quam stultam esse interpretationem verissime scripsit Immisch (in Roscheri Lex. s. v. Thoas, p. 806).

77 Γοργάδες idem valet ac Γοργόνες. Aliter Hesychius: γοργάδων· ἁλιάδων. Δαιδάλῳ Σοφοκλῆς (fr. 166 N.). Cf. Aesch. Eum. 48 οὔτοι γυναῖκας, ἀλλὰ Γοργόνας λέγω.

79 Cf. Ion. 279 σὺ δ' ἐξεσώθης πῶς κασιγνήτων μόνη; ib. 946 κἆτ' ἐξέκλεψας πῶς Ἀπόλλωνος γάμους; El. 540 ἐν ᾧ ποτ' αὐτὸν ἐξέκλεψα μὴ θανεῖν.

80 Cf. Hel. 1305 βαρύβρομον κῦμ' ἅλιον.

81 οἶδμα θαλάσσιον fr. 301, 2 N. ὀρνίθων κοίταν, cf. fr. 636, 5 N. ὁ κύματ' οἰκῶν ὄρνις.

82 ἐρῆμον praebet P.; retinui accentum atticum, cf. ann. crit. ad fr. 1 IV 14.

1. G. Kaibel, Sophokles Elektra 1911²: δῆτα bedeutet 'ich meine es im Ernst.'

(Εὔν.) κἀκεῖθεν ἦλθες δεῦρο πῶς; τίνι στόλῳ;
(Ὑψ.) ναῦται κώπαις
Ναύπλιον εἰς λιμένα ξενικὸν πόρον
ἄγαγόν με δουλοσύ[ν]ας τ' ἐπέβασαν, ἰὼ τέκνον,
† ενθαδηναιων μέλεον ἐμπολάν.
(Εὔν.) οἴμοι κακῶν σῶν.
(Ὑψ.) . μὴ στέν' ἐπ' εὐτυχίαισιν.
ἀλλὰ σὺ πῶς ἐτράφης ὅδε τ' ἐν τίνι
χειρί, τέκνον ὦ τέκνον;
ἔνεπ' ἔνεπε ματρὶ σᾷ.
(Εὔν.) Ἀργώ με καὶ τόνδ' ἤγαγ' ἐς Ἰωλκὸν πόλιν.
(Ὑψ.) ἐπιμαστίδιόν γ' ἐμῶν στέρνων.
(Εὔν.) ἐπεὶ δ' Ἰάσων ἔθαν' ἐμός, μῆτερ, πατήρ —
(Ὑψ.) οἴμοι κακὰ λέγεις, δάκρυά τ' ὄμμασιν,
τέκνον, ἐμοῖς δίδως.
(Εὔν.) Ὀρφεύς με καὶ τόνδ' ἤγαγ' εἰς Θρᾴκης τόπον.

85 ξενι[[ων]]^{κον} P. 86 ^{αγα}αγόν P. δουλοσυ[ν]α (i. e. δουλοσύνᾳ) P.: corr. We ὦ τέκνον P.: corr. Wil 87 ἐνθάδε Δαναΐδων olim Wil (ενθαδη[[δη]]ναιων P.), quod recep. Gr.-H. ἐνθάδε Νεμεαίων We ἐνθάδ' ἢ ναίω Murray ἔνθα δηναιᾷ (δουλοσύνᾳ) Ro ἔνθα δὴ βαίων μελέων ἐμπολᾶν Schmidt ἔνθα δηναιάν tentat Hunt ἐνθάδε ναΐον Ar quod nunc probat Wil μελεων fuisse in P. editoribus videtur 90 ^{δ}ὅτε δ' P.: corr. Gr.-H. 93 ηγαγεισ P. ^{ε}εισκολχωνπολιν P.: corr. Mahaffy 94 ἐπιμαστίδιον scripsi: ἀπομ. P. 95 ἰα[[ι]]^{σ}ων P. εμος ex εμω corr. in P. 96 κακων P.: corr. Murray

86 Verbi ἐπιβαίνειν cum gen. coniuncti multa exempla extant apud Homerum, quibus Wecklein (p. 24) addit Soph. O. C. 189 εὐσεβίας ἐπιβαίνοντες, Phil. 1463 δόξης ἐπιβάντες. (Aliter res se habet Eur. Hipp. 1131 οὐκέτι συζυγίαν πώλων Ἐνετᾶν ἐπιβάσῃ, ubi schol. οὐκέτι εἰς — βήσῃ).

87 Versus valde vexatus; coniecturae permultae sunt prolatae, sed nulla placet. Ceterum cf. fr. 932 Αἰγυπτία ἐμπολή, Cycl. 254 βορᾶς ἐμπολή.

93 De hoc versu fusius egi in Exc. III (p. 72 sqq.).

94 Ἀπομαστίδιον papyrus praebet et vertunt Gr.-H. „the nursling of my breast", id quod melius exprimitur vocabulo ἐπιμαστίδιον, quod substitui. Cf. I. T. 231 sqq. ὃν ἔλιπον ἐπιμαστίδιον — — — ἐν χερσὶν ματρὸς πρὸς στέρνοις τε, Theocrit. 24, 54 ὡς εἴδοντ' ἐπιτίτθιον Ἡρακλῆα | θῆρε δύω χείρεσσιν ἀπρὶξ ἁπαλαῖσιν ἔχοντα. Cf. etiam Aesch. Sept. 349, ἐπιμαστίδιος γόνος Soph. fr. 725, Lucian. Tox. 61.

95 Postquam Argo revertit, Iason mortuus est; qualis ei vitae finis fuerit

(Ὑψ.) τίνα πατέρι ποτὲ χάριν ἀθλίῳ
τιθέμενος; ἔνεπέ μοι, τέκνον.
(Εὔν.) μοῦσάν με κιθάρας Ἀσιάδος διδάσκεται,
τοῦτ[ο]ν δ' ἐς Ἄρεως ὅπλ' ἐκόσμησεν μάχης.
(Ὑψ.) δι' Αἰγαίου δὲ τίνα πόρον
ἐμ[όλ]ετ' ἀκτὰν Λημνίαν;
(Εὔν.) Θόας [κ]ομίζει σὸς πάτηρ τέκνω δύο.
(Ὑψ.) ἦ γὰ[ρ] σέσ[ω]στ[α]ι;
(Εὔν.) Βα[κ]χ[ίου] γε μηχαναῖς.
(Ὑψ.) [. . . . . . .]βό[. . . π]όνων
[. . . . . πρ]οσδοκία βιοτᾶς

99 [[τιθεμενος]] post ἀθλίῳ in P. ποτὲ < τίνα > Murray *101* με[[κ̣α̣]]ρισ (κιθα above) P. μακαρισασ ιαδος fort. scriptum fuisse putat Hunt *102* μ[[α̣]]χησ (α above) P. *105* δυοιν τεκνω P. δύ' οἱ τέκνω Murray δισσὼ (vel παιδὸς) τέκνω We δύ' ὄντε νώ Ar *107 sq.* [ἰὼ μετα]βο[λαὶ π]όνων / [ἡ]δίονός τε πρ]οσδοκία Schröder, contra traditum]βό[legimus Med. 1386 sq. κατθανῇ κακὸς κακῶς, / Ἀργοῦς κάρα σὸν λειψάνῳ πεπληγμένος.

98 De Orpheo cf. ad fr. 1 III 10.

99 sq. Cf. El. 61 χάριτα τιθεμένη, Hec. 1211, Ion. 1104.

101 Ex eo quod Athenis fuit gens quaedam Euneidarum qui artem musicam colebant (Hesych. Εὐνεῖδαι· γένος ἀπὸ Εὔνεω κεκλημένον, τοῦ Ἰάσονος υἱοῦ, οἷον γένος ὀρχηστῶν καὶ κιθαριστῶν κτλ., cf. C. I. A. III 274 ἱερέως Μελπομένου Διονύσου ἐξ Εὐνειδῶν)[1] acutissime effecit Wilamowitz Euneum a Baccho Athenas missum esse, ubi dei cultum instituerct. Vid. fr. 64 III (p.52). Apparet ergo Euneum hic verba facere, eumque in tota hac dramatis parte cum matre colloqui consentaneum est.

1. Vid. J Töpffer, Attische Genealogie, Berlin 1889, p. 181—206.

κιθάρας Ἀσιαδος vid. ad fr. 1 III 10. διδάσκεσθαι *erudire*, Med. 295 ἐκδιδάσκεσθαι *curare* erudiendos (liberos); Platon. Respubl. 421 E τοὺς υἱεῖς — χείρους δημιουργοὺς διδάξεται.

102 Ἄρεως ὅπλα μάχης i. e. Ἀ. ὁπλομαχίαν. Editores comparant Ph. 307 sqq. βοστρύχων χαίτας — πλόκαμον, Soph. Ant. 795 sq. βλεφάρων — ἵμερος νύμφας. Alia multa attulit Wilamowitz ad Eur. Herc. 170.

105 Versus gravius corruptus propter inusitatam formam dualem (quamquam Gr.-H. citant I. T. 487 δύ' ἐξ ἑνὸς κακώ, Ph. 582 δύο κακώ et alia) et dictionem satis obscuram (τέκνω *tuos* liberos). Gr.-H. textum non nisi leviter mutaverunt; neque acriorem medicinam adhibere ausim.

106 Etiam apud Statium (Theb. V 283 sq.) Bacchus Thoantem tuetur; dicit enim Hypsipylae: *tu lato patrem committe profundo. / succedam curis*

[. . . . .]ε *ματρὶ παῖδας ἦ*
.[. . . . .] *μοι.*
(*Εὔν.*) *κεί[νου . . . .]ντός οἰνωπὸν βότρυν*

111 βροτοῖσι δό]ντος Murray *γὰρ ἡμῖν δό]ντος . . . βότρυν [χρυσῆν* Ro

111 Hunc versum omnes quae extant editiones *Thoanti* dant, quo iure eruere nequeo, nam papyrus nihil eiusmodi praebet et res ipsa per se nequaquam probabilis est. Merus igitur editorum error esse videtur.

οἰνωπὸν βότρυν redit Anth. Pal. 7, 20. Cf. Eur. Or. 115 *οἰνωπὸν ἄχνην*. — Robert p. 397 putat designari auream illam vitem, quam memorat etiam epigramma Cyzicenum (Anth. Pal. III 10)[1].

Fr. 64 Col. III. *Fr. 64 Col. III* tota fere periit; prorsus interierunt 31 versus, tunc sequuntur aliquot litterae initiales. Versui 152 adscriptum est nomen *Διόνυσ(ος)*. Hic igitur deus ex machina est. Euneum Athenas se conferre ab eo iussum esse constat. Vid. ad fr. 64 II 101. Apud Homerum (H 468, Ψ 747) *Lemni* rex est Euneus. Quare primo quidem Athenas, deinde vero Lemnum eum a Baccho missum esse suspicatur Weil (p. 9).
Sed hac coniectura opus non est, nihil enim obstat quominus nostrum cum Homero discrepare putemus.

Thoantis sortem ignoramus. Plutarcho auctore (Vita Thes. 26) Euneus et Thoas cum fratre, cui nomen erat *Σολόεις*, Theseo Amazonas impugnanti auxiliati sunt. Sed haec a tragoedia nostra aliena esse videntur. Hypsipylam Lemnum ad patrem redisse probabiliter coniecit Weil.

Fr. 65 vid. Fr. 1 Col. V 12—21.

Fr. 66

— — — — — —

].ας ἐμὰ[ς
]τον σὸν .[
τέ]κν' ἰατη[ρ
]ν' οἷ ἑτο[ιμ(?)
]αι δεδρακ[
]αἰσχρὰ γὰρ λέ[γ
]α καλὰ λέγ[

— — — — — —

Fr. 66, 6 αισχα (ρ supra) P. *7* κα[[λ]]λα P.

Fr. 67 nihil utile praebet.

1. Vid. p. 65.

Fr. 68

— — —

‛]ος
]μα
λ]άβῃ
]υ
]νου
]υ
]νω·
]κακόν
]α
]δ' ἄφρων
]η

— — —

Fr. 69

— — —

]γανε[
]ε
]ν θεῶν
] . ον
ἀλ]λαγήν
]
]ε
']σ[.']ον
] . ν

— — —

Fr. 70

— — —

ἀπ]όπτολιν
]ι τύχαις
]
]την
φ]υγάδων
]φάος
]φ ζυγῷ
] .
]γης
]μεν
]ἐμὰς
]μονα

— — —

Fr. 71 diverbii initia continet.

Fr. 72

— — —

]δ[
] . χρωμεν[
]ει μοι παιδ[
]πας ἦλθε[
σ[
]λλων δε[
]λ' ἀπόδο[
]νδ' απ[
]'[

— — — —

Fr. 73

— — —

] . [.] τι[
]αταπει[
]πτειν ε[
ἣν
]ιδ' εἰ πρ[
]ς βροντ[
] . . [.]νη[

— — —

Fr. 74

— — —

]ησεθι[
]μέν τε[
]ῶ γύνα[ι
]σῶσαι[
] . . [

— — —

Fr. 75 vid. Fr. 1 Col. V 14—18.

Fr. 72,6]λ' /]απόδ P.

Fr. 70. Vid. ad fr. 60 Col. I.
2 πτυχαῖς legi posse dicunt Gr.-H.
5 Lyricus fortasse versus (Gr.-H.).
Fr. 72. „This piece approximates in condition to Frs. 18—9, but not closely enough to be definitely grouped with them.“ (Gr.-H.).

Fr. 76

— — — —
]χ[
]γμεν
]σσ.
]αφια
]ν ἔχει
]ει θεῶν
— — — —

Fr. 77

— — — —
]
].α
]
θ]έμις
]χρὴ πέρας
]ασθαι
]
— — — —

Fr. 77, 1].α[[σοι]] P. *4*]ρ̣ηπερασ P.

Cetera fragmenta nullius fere momenti sunt.

Fr. 755 N.

Ar. Ran. 1327 cum Schol.:

ἀνὰ τὸ δωδεκαμήχανον ἄστρον (v. l. ἄντρον).

δωδεκαμήχανον ἄστρον de sole per duodecim zodiaci signa transeunte dictum esse putat v. d. Sande Bakhuyzen (De parodia in com. Arist. p. 171), qui ad lectionum varietatem confert Soph. fr. 580 N., ubi ἄστροις cod., ἄντροις Bergk.

Welcker (p. 557) ἄντρον legit vertitque „in antro duodecim anfractuum" (von der Wohnung der Schlange). Item Gr.-H.: „the lair of the δράκων (cf. Ph. 1010 σηκὸν ἐς μελαμβαθῆ δράκοντος)", ita ut fragmentum nostrum cum fr. 754 et fr. 10 sqq. cohaereat.

Apud Platonem Com. (fr. 134 K.) Xenocles poeta δωδεκαμήχανος dicitur (Schol. Ar. Pac. 792 δοκεῖ μηχανὰς καὶ τερατείας εἰσάγειν ἐν τοῖς δράμασιν). Apparet hic δώδεκα „numerum rotundum" indicare, cf. Cratin. fr. 186 δωδεκάκρουνον τὸ στόμα, ubi ad Callirrhoës novem fontes post Pisistratum tribus fistulis auctae fortasse alludi parum recte annotat Kock[1].

Fr. 756 N.

Ar. Ran. 1322 cum Schol. 1320:

περίβαλ', ὦ τέκνον, ὠλένας.

Haec verba Welcker (p. 557) ab Hypsipyla ad alumnum mortuum, quem brachiis gestet, dicta esse putat. Probabilius Haym

1. De duodecim numero cf. v. Leeuwen, De Boogschutter en de Weefster, Leiden 1904, p. 76—78 cum notis.

(De puerorum in re scaenica graecorum partibus, Diss. Hal. 1897, p. 271): „verba nutricis in prima scaena puero blandientis." Potius tamen cum viris doctis Gr.-H. crediderim fragmentum ad anagnorismi scenam (fr. 64 Col. I) pertinere.

Aristophanes versum propter metrum irrisisse videtur (Schröder p. 257, Cruickshank p. 18); est enim glyconeus incipiens a ◡◡◡ (*περίβαλ'* Schol. 1320) aut ◡◡— (*περίβαλλ'* in ipso Ar. textu).

Fr. 761 N.

Stob. Flor. 110, 16:

ἄελπτον οὐδέν, πάντα δ' ἐλπίζειν χρεών.

Hoc fragmentum fortasse inter fr. 60 II 117 et 64 II collocandum est. Dici potuit aut ab Amphiarao ad Hypsipylam aut ab ipsa Hypsipyla libertatem adepta (Gr.-H). — Cf. e. g. Ion. 1510 sq. *μηδεὶς δοκείτω μηδὲν ἀνθρώπων ποτὲ / ἄελπτον εἶναι κτλ.* Archiloch. fr. 74, 1 Bergk: *χρημάτων ἄελπτον οὐδέν ἐστιν οὐδ' ἀπώμοτον* etc.

Fr. 762 N.

Eust. Il. p. 959, 43:

εὔφημα καὶ σᾶ καὶ κατεσφραγισμένα.

Haec ad arcanum quoddam diligenter occultandum refert Wilamowitz. Valckenaer *εὔσημα* legit, quem secuti Zirndorfer (Chronol. fab. Eur. p. 84) et Hartung *σημεῖα* quibus anagnorismus factus sit designari arbitrantur.

Quo autem dramatis loco haec lecta fuerint prorsus incertum.

Verbum *σφραγίζειν* occurrit I. T. 1372, *ἐκσφραγίζειν* Herc. 53, *ἀποσφραγίζειν* Or. 1108.

Fr. 763 N.

ἢ ἑτέρᾳ φράσω;

Ar. Ran. 64 *ἆρ' ἐκδιδάσκω τὸ σαφές, ἢ ἑτέρᾳ φράσω;*

Schol. *ἔστι δὲ τὸ ἡμιστίχιον ἐξ Ὑψιπύλης Εὐριπίδου.*

Quam annotationem Bothe ad verba *ἆρ' ἐκδιδάσκω τὸ σαφές* rettulit, cui assentitur v. Leeuwen (ad Ar. Ran. 64), monens compositum *ἐκδιδάσκειν* dictionem tragicam prodere et *τὸ σαφές* adiectivum Euripidi in deliciis esse (Or. 397, Hel. 577, 1149, fr. 304).

Fr. 765 N.

Schol. Ar. Ran. 1320:

οἰνάνθα τρέφει τὸν ἱερὸν βότρυν.

Welcker (p. 559) haec cum *χρυσῇ ἀμπέλῳ* cohaerere credit; hanc ex Euripidis tragoedia in epigramma Cyzicenum translatum esse (Anth. Pal. III 10, cf. fr. 64 II 111). Rectius Gr.-H. ad lyricam partem rettulerunt qualem praebet fr. 7 vel 57—59.

Cf. Phoen. 229 sqq. *οἶνα θ' ἃ καθαμέριον / στάζεις τὸν πολύκαρπον / οἰνάνθας ἱεῖσα βότρυν* et Soph. fr. 234 N.

Ipsius Aristophanis verba (Ran. 1320 sq.) haec sunt: *οἰνάνθας γάνος ἀμπέλου, / βότρυος ἕλικα παυσίπονον,* ubi vid. v. Leeuwen, qui scholii verba „corrupta et lacunosa esse, ipsa enim quae apud Aristophanem leguntur ex Euripide esse desumta" pro certo habet. Eandem Wilamowitzii opinionem esse apparet ex eis quae ad Eur. Herc. 398 annotavit.

Fr. 766 N.

ἀναδρομαί

Hesych. *ἀναδρομαί· αὐξήσεις, βλαστήσεις. Εὐριπίδης Ἱκέτισιν Ὑψιπύλῃ.*

„An ode such as that in Frs. 57—9 would be a likely place for the word to occur" (Gr.-H.).

Fr. 767 N.

ἄρκτος

Harpocr. v. *ἀρκτεῦσαι* p. 34, 17: *ὅτι δὲ αἱ ἀρκτευόμεναι παρθένοι ἄρκτοι καλοῦνται, Εὐριπίδης Ὑψιπύλῃ, Ἀριστοφάνης Λημνίαις καὶ Λυσιστράτῃ.*

In Ar. Lys. legimus (vs. 645) *ἄρκτος ἦ Βραυρωνίοις.* Quinto quoque anno (Aristot. Rep. Ath. 54) Dianae Brauroniae sacra celebrabantur. Quibus quae intererant puellae u r s a e vocabantur (vid. v. Leeuwen ad Ar. l. l.; Pauly-Wissowa II 1, 1170 s. v. *ἀρκτεία*). Cf. etiam Herodot. VI 138: Pelasgi Lemnum habitantes *ἐλόχησαν Ἀρτέμιδι ἐν Βραυρῶνι ἀγούσας ὁρτὴν τὰς τῶν Ἀθηναίων γυναῖκας, ἐνθεῦτεν δὲ ἁρπάσαντες τούτων πολλὰς οἴχοντο ἀποπλέοντες κτλ.*

Cui autem dramatis parti *ἄρκτος* vox tribuenda sit, prorsus incertum est.

Fr. adesp. 169 N.

εἰ μὲν θεοὶ σθένουσιν, οὐκ ἔστιν τύχη·
εἰ δ' οὐ σθένουσιν, οὐδέν ἐστιν ἡ Τύχη.

Paulo aliter et duobus versibus aucta haec tradita sunt apud Lydum, de mensibus IV 7, p. 72 Wünsch:

ὦ θνητὰ παραφρονήματ' ἀνθρώπων, μάτην
οἵ φασιν εἶναι τὴν τύχην ἀλλ' οὐ θεούς·
εἰ γὰρ τύχη μὲν ἔστιν, οὐδὲν δεῖ θεοῦ,
εἰ δ' οἱ θεοὶ σθένουσιν, οὐδὲν ἡ τύχη.

Euripidis Hypsipylae hi versus apud Lydum tribuuntur. Quos post fr. 60 collocandos esse Gr.-H. censent.

Fr. 856 N.

Ar. Ran. 1309 sqq.

ἀλκυόνες, αἳ παρ' ἀενάοις θαλάσσας
κύμασι στωμύλλετε,
τέγγουσαι νοτίοις πτερῶν
ῥανίσι χρόα δροσιζόμεναι.

Schol. hos versus perperam Iphigeniae Aulidensi tribuit. Eorum quae apud Aristophanem praecedunt ratione habita v. d. Sande Bakhuyzen (De parodia in com. Ar. p. 167 sq.) ex Hypsipyla nostrum locum desumptum esse coniecit. „Adstetisse puellam quae Hypsipylen referret, dum caneret Aeschylus, verisimile est. In promptu igitur est conicere versus quibus Aeschylus centonem Euripideum incepit ex hac ipsa tragoedia petitos esse." Monet autem verbum *στωμύλλειν* a comico poeta consulto tragicae voci substitutum esse.

Alcyonis oscinis mentionem facit Apoll. Rhod. 1, 1084 sqq., quem locum haud inepte cum nostro contuleris.

His fragmentis Taccone (Rivista di Filologia 38, 1910, p. 21 sq.) addere vult 879, 916, 979, sed nihil haec habent quo ea coniectura commendetur. Quare accuratius illa fragmenta examinare operae pretium non est.

Neque fr. adesp. 51 N. *γυναικῶν θηλύφρων ξυνουσία* a Meinekio iure fabulae nostrae datum esse mihi videtur.

Excursus I.

De Prologo.

Incipit papyrus nostra ab aliquot versibus quos Hypsipyla Ophelti dicit, quo facto statim alloquitur duos advenas, ut nos quidem scimus ipsius filios. Morel computavit (p. 4 sq.), id quod Gr.-H. iam indicaverant (O. P. p. 20) centum viginti fere versus intercidisse ante fr. 1 col. I. Nulla de hac parte amissa coniciendi facultas esset, nisi Aristophanes (cum schol. ad loc.) initium totius fabulae nobis servasset. Legimus enim (Ar. Ran. 1211 sqq.):

Fr. 752 N. *Διόνυσος, ὃς θύρσοισι καὶ νεβρῶν δοραῖς*
καθαπτὸς ἐν πεύκαισι Παρνασὸν κάτα
πηδᾷ χορεύων —
παρθένοις σὺν Δελφίσιν (schol. ad v. 1213).

De his autem versibus (p. 5) vel potius de quaestione quisnam eos pronuntiaverit multae et diversae sunt opiniones. Quas cum Morel magna ex parte tractaverit, non tamen inutile videtur nonnulla repetere novis quibusdam additis. Sed ne mera coniecturarum enumeratio fiat, statim quid ipse de initio fabulae nostra cogitem exponam.

Hypsipyla e regia prodit et *προλογίζει*.[1] Copiose narrat ea quae usque ad id tempus passa est et quomodo ad statum praesentem delapsa sit. Roganti quae Hypsipylae prodeundi fuerit causa respondent versus quidam Medeae fabulae (56 sqq.):

1. Primam sententiam sic decurrere iure putat Weil p. 2: „Bacchus . . . generis mei auctor est. Is deus genuit Thoantem, qui Lemni regnavit; cuius ego sum filia et nomen Hypsipylae mihi ab eo inditum est“.

ἐγὼ γὰρ ἐς τοῦτ' ἐκβέβηκ' ἀλγηδόνος,
ὥσθ' ἵμερός μ' ὑπῆλθε γῇ τε κοὐρανῷ
λέξαι μολούσῃ δεῦρο — — — — —[1]

Suos autem hic, non dominae, ut in Medea, casus nutrix memorat. Verisimile enim duco Hypsipylam absente Lycurgo a regina iniuriis contumeliisque affectam esse et sub divo dolorem suum verbis levare velle (p. 34, n. 1).

Subito alumnum suum lacrimantem audit et intrat aedes officii memor. Deinde apparent Thoas et Euneus, qui brevi sermone docent spectatores qui sint cuiusque rei causa venerint: matrem quaerentes quam vivere adhuc suspicantur vel ab oraculo cognoverunt, Graeciam pererrant. Thoas ostium pulsat ut pernoctandi veniam petat[2] et, ut fit, passibus aliquot a ianua consistit. Iterum prodit Hypsipyla alloquens parvulum quem brachiis gestat[3] et conspicata hospites: vosne, inquit, ostium pulsastis?[4] rogatque quidnam desiderantes venerint.

Eundem fere ordinem rerum restituerant Gr.-H. Videamus nunc ea quae ab aliis in medium prolata sunt. Ex eis qui ante papyrum inventam scripserunt de fabula nostra Welcker (p. 557), quem secutus est Hartung (II p. 431), Baccho attribuit prologum praefigendumque putavit versum qualis est Bacch. 1: ἥκω Διὸς παῖς κτλ. Quae opinio bene refutata est ab Haym (p. 270); nam neque Bacchus de se dicere potuit πηδᾷ neque est cur scholio (Ὑψιπύλης ἡ ἀρχή) non credamus.[5] Atque quae Hartung, Statii vestigia premens, porro excogitavit silentio praeterire licet.

Quod autem Haym Hypsipylae prologum tribuendum existimavit, ut postea Gr.-H., Schröder (p. 258), Wecklein (p. 16 sqq.), id non ab omnibus probatum est. Wilamowitz et Herwerden (p. 13) alterum utrum fratrum προλογίζοντα faciunt et secundum hunc

1. cf. I. T. 42 sq., Andr. 91 sqq. Wecklein p. 18 putat Hypsipylam statim cum infante prodiisse idque eo consilio ut querelas eius sedaret.

2. Conferri potest Menelaus (Hel. 430—436) regis Aegypti aedes pulsans.

3. Optimo iure Haym (p. 271) statuit de simulacro infantis formam referente cogitandum esse.

4. „Rhetoricam“ hanc esse quaestionem vix est quod moneam; cf. Ar. Ran. 38 ubi Hercules procedens: τίς τὴν θύραν ἐπάταξεν; κτλ.

5. Vid. etiam Wecklein p. 16, Robert p. 390, Morel p. 1.

Hypsipyla ante Lycurgi aedes stans primo Opheltem alloquitur, tunc „ad Thoantem et Euneum qui ianuam pulsarunt“: ὑμεῖς ἐκρούσατ' κτλ.

Sed tres illae dramatis personae uno tempore in scena adesse non potuerunt, nam, ut recte E. Petersen (p. 584), et Hypsipyla et filii suos quisque casus spectatoribus narrant, quos integram nosse oportuit rem, cuius illa alteram tantum partem, filii alteram notam habebant. Qui autem sua quisque exponere poterat, si omnes eodem loco versabantur? Imprimis autem Hypsipylae prologum derogandum censet Herwerden „quod ita necessario ignoraretur, quod a spectatoribus nesciri non poterat, quinam essent duo adolescentes Thoas et Euneus“ etc. At optime spectatores omnia cognoscere potuisse, si Hypsipyla prologo dicto aedes intraverit, cui filii succedentes brevi colloquio qui essent detexerint, ita ut supra demonstrare conati sumus, nemo non videt.

Quodsi quis cum Roberto (p. 391) putet eiusmodi triplicem prologum (Hypsipylae ῥῆσιν, filiorum colloquium, Hypsipylae cum filiis sermonem) apud Euripidem non extare, Wecklein in comparationem vocavit Andromachae, Troadum, Helenae, Electrae prologos,[1] quorum praesertim ultimus proxime ad Hypsipylae, qualem quidem nobis fingimus, accedit.

Non solam sed cum infante statim prodiisse mulierem putat Wecklein; tunc, ut scenam adulescentibus vacuam relinqueret, paulum abscessisse;[2] deinde filios venisse et pauca collocutos ostium pulsasse; quo audito Hypsipylam accurrisse dum aliquot versibus alumnum alloqueretur.

Ut autem concedamus fieri potuisse ut aliquis in scena maneret neque tamen quidquam audire existimaretur eorum quae alii inter se colloquerentur, at causa qua adductam Hypsipylam prodiisse putat Wecklein, nempe ut puerum vagientem placaret, minus idonea est. Num puer per totum prologum clamare pergit? Num versus, a quibus prologus incipit, apti sunt ad vagitum sedandum? Immo postremis demum versibus, quos nunc papyrus nobis reddidit, Opheltem consolari conatur.

1. cf. Busche p. 723 et W. f. kl. Ph. 27, 1910, p. 568.
2. Morel (p. 7) aut ita factum esse aut introisse Hypsipylam arbitratur rem in medio relinquens.

Robertus, ut Hypsipylae prologum deneget, dicit (p. 392) una cum infante eam non prodiisse; id enim 'duplicitatis' haud ferendae esse. Hoc sane verissimum est. Sed deinde Robert demonstrare vult eam sine infante prodire ne potuisse quidem; incredibile esse τιϑήνημα illud, quod tamquam suum amet, ab ea relictum esse. „Nichts Ungeschickteres hätte der Dichter ersinnen können als die Hypsipyle, die nachher durch eine entschuldbare Sorglosigkeit den Tod des Kindes indirect verschuldet, gleich im Anfang des Stückes als pflichtvergessene Wärterin zu zeigen". Huiusmodi opinor argumentis „psychologicis" qualium nimis amans est Robert nihil non probari potest. Nullus spectator animadvertisset, nedum poetae vitio dedisset, Hypsipylam iam in prologo neglegentiae documentum dare cum sola paulisper foris maneret. Atque revera nulla neglegentia ea est, nisi forte putandum est nutricem nunquam digitum transversum ab alumno discedere potuisse. Rogat Robert quidnam Hypsipyla haberet quod in prologo narraret; Lycurgi nomen mox (fr. 2) occurrere, postea Hypsipylam Amphiarao fata sua copiose narrare, id quod inutile esset, si iam in prologo ab eadem idem factum esset. Putat Robert eas res quas fr. 64 legimus, Hypsipylae filiorumque fata, necessario in prologo inesse debuisse,[1] Hypsipylam autem nomen brevi ante parodum dixisse, aut in prima stropha aut in trimetris quibusdam quos hospitibus profectis pronuntiaverit.

Quam procul haec a veritate abhorreant statim intellegit qui sibi in mentem revocat fr. 1 Col. I vs. 5: ὦ μακαρία σφῷν ἡ τεκοῦσ', ἥτις ποτ' ἦν. Si quis alius hic profecto versus „tragicae ironiae" plenus est.[2] Et collatis Ionis cum Creusa vel Orestis cum Iphigenia colloquiis dubitandum non est quin et hic totus dialogus „ironia" abundet, quae nulla esset, si postea demum appareret quae esset mulier illa servili veste induta.

Ipse hoc fabulae initium fuisse putat Robert: Thoantem[3] diverbii specie orationem habuisse ad Euneum (cuius prologi longitudinem cum Phoenissis conferens mirum in modum erravit vir

1. Juvat conferre Weilii iudicium de eadem re (p. 2): „ces faits, exposés en détail dans une des dernières scènes de la pièce, étaient peut-être brièvement résumés dans le prologue". Quae alteri breviora alteri satis longa visa sunt.

2. Cf. I. T. 628 ubi ὦ τάλας, ὅστις ποτ' εἶ Iphigenia Oresti dicit.

3. Nam hunc, non Euneum verba fecisse demonstrare conatus est.

doctus, vid. Morel p. 5), deinde secutum esse Thoantis et Hypsipylae dialogum. Electrae Sophocleae initium ad hanc opinionem corroborandam confert. Cum autem apud Euripidem nullum eiusmodi exemplum inveniatur (in Iph. Aulidensi aliter res se habet) debilis fit tota hypothesis. Roberto praesertim Sophocles non conferendus erat; ipse enim reicit prologum tripertitum quia apud Euripidem non occurrat.

Sed iam satis diu egimus de Roberti argumentis, quibus etiam Morel iure oblocutus est. Neque habeo quod addam eis, quae Mekler (W. f. kl. Ph. 27, 1910, p. 1386) et Morel (p. 7 sq.) observaverunt ad impugnandam Tacconii opinionem Nemeae nymphae prologum attribuentis.

Solam prodiisse Hypsipylam supra iudicavimus. Contra E. Petersen sicut in Oreste Electram prope fratrem in lecto recubantem, ita in fabula nostra fingit heroinam iuxta dormientem alumnum *προλογίζειν,* deinde nescioqua causa adductam introire et infantem in scena relinquere. At nulla causa afferri potest cur Hypsipyla et prodierit et domum intraverit neque placent quae v. d. ad actionem restituendam excogitavit.

Busche Hypsipylam apparuisse putat manu ducentem infantem. Sed, etiamsi non cum Haymio[1] arbitremur simulacrum pro vero infante spectatoribus ostendi, quod necessario brachiis gestabatur, rogamus quid parvulus nutrice loquente fecerit.

Quid narraverit in prologo Hypsipyla facile nobis fingere possumus, nempe quidquid scire poterat, stirpem suam et varios suos casus inde a virorum caede Lemni facta usque ad praesentem servitutis condicionem (cf. Wecklein p. 16). Veri etiam simillimum est, id quod observavit Morel (p. 6), quaedam in prologo infuisse ad Thoantem Euneumque pertinentia, matre mente sibi depingente qualis vivorum conspectus foret. Sic melius etiam, ut idem monuit, perspicitur qui fieri potuerit ut altero iam versu Hypsipyla non tam ad hospites quam ipsa secum dixerit: *ὦ μακαρία σφῷν ἡ τεκοῦσ', ἥτις ποτ' ἦν.*

Restat ut agamus de versibus duobus iam ante notis, quos Valckenaer et Hermann ingeniose emendaverunt. Legimus enim apud Nauck (fr. 764):

1. Haym dicit Hypsipylam infantem statim secum habuisse, vid. ad fr. 756 (p. 54).

ἰδού, πρὸς αἰθέρ' ἐξαμίλλησαι κόρας Fr. 764 N.
γραπτοῖς < τ' ἐν αἰετ >οῖσι πρόσβλεψον τύπους.

Hos trimetros alii collocant in dialogo Thoantis et Eunei (hic fortasse *κωφὸν πρόσωπον* fuit) post Hypsipylae prologum,[1] alii Hypsipylae tribuunt.[2] Ut ab hac opinione initium faciamus, putant qui eam proposuerunt, verba esse nutricis infantem consolantis et fletum compescere studentis, post papyri fr. 2 fortasse collocanda (sic v. Arnim, cui assentitur Morel). Praecipuum argumentum ex eo petit Morel, quod ter occurrat notio „videndi"; id non esse adultorum hominum inter se aedificii ornamenta adspicere hortantium, sed magis decere eum qui infanti „variis vocibus quo magis ille animum intendat" aliquam rem monstret.

Nolo nunc rogare num revera parvulus placari possit eis adspiciendis imaginibus, quas cotidie videat; plus profecto valent *ἀθύρματα* (1 I 2) ad ploratum sedandum. Sed confero Ionis vs. 190—193 ubi brevi intervallo leguntur *ἰδού, ἄθρησον, πρόσιδ' ὄσσοις*[3], dicta a mulieribus primum Apollinis splendidum templum adspicientibus. Item et hic fr. 764 optime pronuntiari potuit ab advena in urbe peregrina regiam magnificam admirante. Cf. etiam Hel. 68 — 70, Verg. Aen. VI 20 sqq. et G. Kinkel, Euripides und die bildende Kunst, Berlin 1872, p. 26 sq. et 32.

Ceterum satis brevem fuisse Thoantis et Eunei sermonem ex eo conicere licet quod duas papyri columnas antecessisse verisimile est, quae continebant tragoediae titulum, argumentum, personarum conspectum, Hypsipylae prologum, dialogi versus aliquot.[4]

Quoniam primus papyri versus incipit a *γρα[* exitque in *]εοις* spatio 24 litterarum intermisso cogitaverit quispiam hunc trimetrum eundem fuisse ac fr. 764, 2. Obstat autem ultima syllaba discrepans.[5] Attamen non magnum fuisse intervallum inter fr. 764 et papyri initium verisimile videtur.

1. Hunt (F. T. P.), Wecklein p. 17, E. Petersen p. 585.
2. v. Arnim, Przychocki p. 302, Morel p. 9. Herwerden fragmentum omittit, Hartung II p. 440 Amphiarao perperam dederat.
3. Ceterum *ἰδού* et in Hypsipyla et in Ione et alibi interiectionis instar est, ab imperativo *ἰδοῦ* diversae. Cf. Morel p. 35.
4. Cf. Gr.-H. p. 23, Weil p. 2.
5. Vid. Gr.-H. p. 84.

Excursus II.

Quas partes Euneus et Thoas egerint.

Paulo post fabulae initium Euneum et Thoantem prodeuntes videmus; quorum alter verba facit et Hypsipylam cum Ophelte ante aedes stantem rogat ut sibi tectum praebeat. Sub finem demum iterum prodeunt post *ἀναγνώρισιν* cum matre colloquentes. Hac in scena Euneum verba facere docet 64 II 101 (vid. p. 51). Felicem eventum ex parte saltem deberi Amphiarao discimus 64 II 65 ubi vates: *ἀπέδωκα κἀγὼ σοὶ πρόθυμ' ἐς παῖδε σώ.*

Praeterea leve indicium continet 33,7 *Θόα*[, quas litteras varias admittere explicationes infra videbimus.

Rogatur autem quidnam in ceteris fabulae partibus adulescentes fecerint. Nam veri prorsus dissimile esse eos ceteroquin non adfuisse in scena suo iure observant Gr.-H. (p. 27). Huic rei lucem afferre conatus est Menozzi (Studi Italiani di fil. class. 18. 1910, p. 1 sqq.) discernendo fontes quibus fabulae notitiam debemus hunc in modum:

1⁰ Hyg. fab. 74; Apollod. III 64—67 Wagner; Schol. Clem. Al. p. 105 sq.; Schol. Pind. *Ὑπόθ. εἰς Νέμ.* 3, 4, 5 (Boeckh, Pind. opera II p. 424 sq.); Stat. Theb. 4, 740 sqq., lib. 5 passim.

2⁰ Schol. Pind. *Ὑπ. εἰς Νέμ.* 2 (Boeckh II p. 424); Anth. Pal. 3, 10; vas quoddam Rubis inventum (Baumeister, Denkm. d. klass. Alt. I p. 114 sqq.).

Prioris seriei auctores tradunt d u c e s Argivorum Thebas iter facientium Hypsipylam ex L y c u r g i manibus eripere (vid. imprimis Stat. et Hygin.), altera pars fontium f i l i o s eam ab E u r y d i c a e ira tutatos esse dicit. Quamobrem cum his Euripidis narrationem congruere putat vir doctus. Et recte quidem in summa, sed cuinam salutem debeat Hypsipyla dubitationi obnoxium manet, nam Amphiaraum verum Hypsipylae servatorem nobis ostendit fr. 60. Alteram igitur fontium partem perlustremus oportet.

A. Schol. Pind. hyp. Nem. 2: *Εὐρυδίκης δὲ τῆς Λυκούργου γυναικὸς βουλομένης διὰ τὸν Ὀφέλτου θάνατον ἀνελεῖν τὴν Ὑψιπύλην διὰ τοῦτό τε ἔν τινι τόπῳ λαθραίῳ κατακλεισάσης Ἀμφιάραος μαντευσάμενος δείκνυσι τοῖς παισὶ τὴν Ὑψιπύλην. ἡ δὲ τοῦτο εὐτυχήσασα παρεκάλει τοὺς ἥρωας τοῖς παισὶ συναγωνίσασθαι.* Quae in fabula Euripidea non ita facta esse fr. 60 demonstrat. Iure Morel opinatur Amphiaraum plus fecisse (p. 18): „nempe et Hypsipylam a supplicio servabat, quae fabulae pars superest, et filiis ad matrem investigandam auxilio erat, quae fabulae pars etiamsi paene tota periit, tamen cum ex aliis indiciis tum ex hoc ipso scholiastae testimonio restitui potest“.

B. Cyzici in templo Apollonidis et alia inscripta erant et hoc epigramma (Anth. Pal. III 10):

φαῖνε, Θόαν, Βάκχοιο φυτὸν τόδε· ματέρα γάρ σου
ῥύσῃ τοῦ θανάτου, οἰκέτιν Ὑψιπύλαν,
ὃ τὸν ἀπ' Εὐρυδίκας ἔτλη χόλον, ἦμος ἀπούρας[1]
ὕδρος, ὁ γᾶς γενέτας, ὤλεσεν Ἀρχέμορον.
στεῖχε δὲ καὶ σὺ λιπὼν Ἀσωπίδος ἄγκεα κούρας,[2]
γειναμένην ἄξων Λῆμνον ἐς ἠγαθέην.

Φυτόν quo monstrando Thoas matrem servabit statim in mentem revocat fr. 765 N. *οἰνάνθα τρέφει τὸν ἱερὸν βότρυν* (sic etiam Welcker p. 559) et nostrae fabulae fr. 64, 111 *οἰνωπὸν βότρυν*.

Audiamus autem R. Engelmann (Arch. Studien zu den Tragikern, Berlin 1900, p. 50): „Man hat sich gewöhnt, die Kyzikenischen Epigramme vielfach als Argumente von Tragödien anzusehen, aber ohne jeden zwingenden Grund. Wo wirklich eine Uebereinstimmung mit Tragödienstoffen stattfindet, da mag dies vielfach nur auf Zufall beruhen“. Ita ne hoc quidem epigramma quicquam certi docet nam, ut recte Morel, filii ideo servatores dicuntur quia omnia illa epigrammata liberorum erga matrem pietatem celebrabant. Quamquam epigramma nostrum luculenter indicat fuisse qui Thoantem et Euneum matrem servasse dicerent.

C. Vasis imaginem, „quam artissime cum Euripidis tragoedia cohaerere nemo peritus negavit“, Morel ita interpretatur ut „Eu-

---

1. *ἄπους θὴρ* (i. e. anguis) Weckl., *ὀρούσας* Jacobs.

2. *νέαν κούραν* Cod. Cum hoc versu H. Meyer (De Anth. Pal. epigr. Cyzic., Regimonti 1911, p. 26) comparat Apoll. Rhod. I 735 *Ἀντιόπης Ἀσωπίδος υἷε δοιώ*, IV 565 *Ἀσωπίδα νάσσατο κούρην*. Weckl. proposuit *Ἀσωπίδας, Εὐνε', ἀρούρας.*

neus capite ad laevam verso matrem se defendere conatam ne curare quidem videatur"; et hic itaque ab Amphiarao imprimis auxilium latum esse Hypsipylae.[1]

Omnia igitur demonstrant in servanda Hypsipyla magnas partes egisse Amphiaraum. Sed filiis quid faciendum restat? Videamus quae editores Anglici observant (p. 28). Distinguunt duas traditiones, Atheniensem alteram, alteram Thebanam; illius vestigia subesse fr. 64 II 101, ubi is qui loquitur dicit se artem musicam, fratrem arma didicisse ab Orpheo. Wilamowitz monuit Euneidas fuisse musicorum gentem Athenis in urbe Dionysum Melpomenon colentium (vid. J. Töpffer, Att. Genealogie, Berlin 1889, p. 181—206). Itaque Euneum hic verba facere consentaneum est. Deinde putant Gr.-H. Dionysum ex machina iussisse Euneum Athenas se conferre (Homero auctore postea Lemnum abiit, H 467).[2] Cum ea traditione alteram a poeta coniunctam esse, quae Amphiaraum Hypsipylae servatorem haberet, editores arbitrantur. At quid refert quae fuerint tradita? Euripidem enim vix ea curavisse satis notum est.

Locus quidam apud Aristotelem aliis alia coniciendi occasionem praebuit. Legimus enim in libro de arte poetica (14, 1454 a): *βέλτιον δὲ τὸ ἀγνοοῦντα μὲν πρᾶξαι, πράξαντα δὲ ἀναγνωρίσαι· τό τε γὰρ μιαρὸν οὐ πρόσεστιν καὶ ἡ ἀναγνώρισις ἐκπληκτικόν. κράτιστον δὲ*

1. Vas nostrum (Baumeister, Denkm. I 114; Gerhard, Gesamm. Akad. Abh. I 1866, 5—16; Heydemann, Die Vasensamml. des Mus. Naz. zu Neapel 1872, 584—591) unum ex pulcherrimis illis amphoris est in Magna Graecia factis, quorum exempla invenies apud Springer, Handb. d. Kunstgesch. I 1915[10], p. 348 sq., Robert, Archaeol. Hermeneutik 1919, p. 160 et p. 280 sq. Ceterum ad Hypsipylam illustrandam non multum prodest imago nostri vasis, ubi et alios videmus qui nullas in fabula egerunt partes et Opheltis paedagogum, qui quamvis per se a tragoedia minime alienus, tamen iuxta nutricem paene absurdus fit. — De aliis imaginibus ad Hyps. pertinentibus cf. Huddilston, Greek Tragedy in the Light of Vase Paintings 1898, 181.

2. Ex fragmento quodam Eubuli Nauck hos versus desumpsit, quos Euripidis Antiopae fabulae attribuit (fr. 224):

Ζῆθον μὲν ἐλθόνθ' ἁγνὸν ἐς Θήβης πέδον
οἰκεῖν κελεύω, τὸν δὲ μουσικώτατον
κλεινὰς Ἀθήνας ἐκπερᾶν Ἀμφίονα.

Quod falsum esse docuerunt Antiopae fragmenta a Mahaffy edita; cf. Wernicke apud Pauly-Wissowa I 2, 1946. Nominibus autem mutatis optime quadrent versus laudati in Hypsipylam fabulam.

τὸ τελευταῖον, λέγω δὲ οἷον ἐν τῷ Κρεσφόντῃ ἡ Μερόπη μέλλει τὸν υἱὸν ἀποκτείνειν, ἀποκτείνει δὲ οὔ, ἀλλ' ἀνεγνώρισεν, καὶ ἐν τῇ Ἰφιγενείᾳ ἡ ἀδελφὴ τὸν ἀδελφόν, καὶ ἐν τῇ Ἕλλῃ ὁ υἱὸς τὴν μητέρα ἐκδιδόναι μέλλων ἀνεγνώρισεν. Pro *Ἕλλῃ* Valckenaer (p. 59 a) Antiopae, Hartung (II 431, 437 sq.) Hypsipylae nomen legi vult. Hoc iam propter singularem (*ὁ υἱός*) probari non potest (v. Herwerden p. 11) et iure impugnatur a viris doctis Grenfell-Hunt (p. 29) et Schöll (p. 27 annot.). Quare ne hinc quidem auxilium peti potest ad rerum ordinem restituendum.

Praeterea haec sunt quae Gr.-H. fragmentorum habita ratione observant:

1⁰ Fr. 34,35 verba *δμωὶς ἡ τροφ|ὸς τέ]κνον* ad Hypsipylam spectant; loquitur aliquis, qui eius nomen ignorat (Wilam.), Euneus igitur Thoasve.

2⁰ Fr. 33,7 Thoantis nomen occurrere videtur; tunc *π]έλας θυρῶν* (ib. v. 2) fortasse referendum ad narrationem de adulescentium cum Hypsipyla colloquio in prologo.

3⁰ Fr. 20,15 Hypsipylam de duobus illis advenis cogitare credibile est, licet fugiendi consilio destiterit.

4⁰ Si fingamus filios abiisse ut auxilium peterent ab Amphiarao (quamquam fr. 60, 37 sq. vatem ultro venisse indicare videtur), fieri potuit ut ille congressus forte cum eis qui essent cognoverit; et revera haud facile intelligitur quo modo aliter eos adesse animadverterit, nisi vero insigniter divinatione sua usus est.

Iam singillatim haec examinemus:

Ad 1. Quoniam fragmm. 34,35 nonnisi ex coniectura coniuncta sunt (the suggested combination of these two fragments is made probable by its suitability in ll. 5—6, and some confirmatory evidence is supplied by the recto) et vv. dd. Gr.-H. vel sic rem obscuriorem esse putant quam ut quicquam proponere audeant abstinendum erit conclusionibus. Quamvis igitur speciosa sit Wilamowitzii opinio, hic Thoantem et Euneum cum Eurydica colloqui, mera ea coniectura est firmiore carens fundamento.

Wecklein quoque putat (p. 12) fr. 34 sq. appellari reginam, nempe a Thoante (cf. 33 ubi *Θόα[ν* supplet v. d.) se cum Hypsipyla ante aedes congressum esse narrante.

Cum Wilamowitzio fr. 34 sq. alterum filiorum loqui arbitratus Robert (p. 393) arguit vocem *δέσποινα* non necessario vo-

cativum esse, 32—35 reliquias esse sermonis a filiis habiti cum Amphiarao (eum enim Hypsipylae filios reddidisse, ergo cum eis collocutum esse, in scena fortasse), 34 sq. describere ostii pulsatione audita Hypsipylam prodiisse. Fr. 33 *κ]αὶ Θόα[ς* Euneo dat narranti modo Thoantem verba fecisse.

Morel (p. 26) sic explicat fr. 34 sq.: vs. 2 chorus Eurydicam advenire pronuntiat, quae vs. 3 loqui incipit. Fragmentum ponendum est inter 21 et 22. „Forsitan Eurydica regiam intratura subito ancillam insolito tempore ante aedificium commoratam conspexit mirataque interrogavit:

⏓–⏑ *ωμαι δωμάτων . . . τί δα[ί;*
μένουσ' ἔ]τ' ἔξω δμωΐς ἡ τροφ[ὸς τέ]κνου
⏓– *δίδωσιν οὐδ' ἔσω βαίν[ει δό]μων;* “

Pro narrationis alicuius fragmento hos versus non habet Morel. Et quamquam iure mireris subitum illum reginae adventum (etiam unde veniat frustra rogamus) verissime versus laudatos indicia de filiorum partibus praebere negat Morel. Etiam quod E. Petersen (p. 585) vult, fr. 34 sq. in ipso initio tragoediae nostrae ponenda esse et attribuenda fratrum colloquio de ianua aperta, ne hoc quidem, contortum profecto et veri dissimillime, certis argumentis refutari potest.

Ad 2. Supra Weckleinii et Roberti de Thoantis nomine (fr. 33,7) exposui; adde ipsorum Anglorum dubitationem et intellegimus nihil nos hic proficere posse.

Ad 3. De nihilo ficta suspicio haec est, praesertim cum fr. 20, 15 Hypsipyla incertioribus utatur verbis (ut taceam de sing. *τινά*) quam ut quicquam ea nos doceant.

Ad 4. v. Herwerden (p. 10) quamquam e fr. 60, 37 sq. u l t r o venisse Amphiaraum apparere dicit, concedit eum Hypsipylae periculum ex aliis, e. g. ab eius filiis, cognoscere potuisse. Item Schröder (p. 260) negat ab adulescentibus auxilium petivisse Eurydicam vel illos ab Amphiarao. Grenfell et Hunt, qui et ipsi dubitabant, talibus utuntur verbis qualia demonstrent propterea illud ab eis excogitatum esse quia nullo alio modo explicare possent quo pacto duos adulescentes adesse Amphiaraus sciret.

Revera patet Amphiaraum, cum subito comparet ad Hypsipylam servandam et quae facta sunt exponit, filios prope abesse ignorare. *Ἀναγνωρισμός* igitur fit paulo post adiuvante Amphiarao

(fr. 64 II 65). Reicienda mihi videtur Roberti opinio (p. 394), adulescentes ab Hypsipyla dimissos alibi hospitium quaesituros obviam iisse Amphiarao et cum eo collocutos esse. His quae obstant ipse observat v. d., chorum scilicet sic una cum illis verum cognoscere neque tamen postea eius rei notitia uti ad Hypsipylam servandam. Quare de exodo et epiparodo ut in Helena fabula cogitat, sed magis etiam adducitur ut credat chorum tacuisse metu reginae iratae impulsum aut postulante Amphiarao ipso salutem parante.

Sunt qui putent apud Euripidem, cui fabulae tragici affectus plenae in deliciis essent, Hypsipylae adversarios exstitisse filios. Quam opinionem iam Hartung protulerat, Statium secutus, quo auctore filii ante matrem agnitam a rege Lycurgo steterant (Theb. V 718 sqq.). Et Wecklein multus est in demonstrando poetam non id agere potuisse, ut matri filii redderentur tantum ab Amphiarao: persuasum sibi habet filiis ab Eurydica mandatum esse ut Hypsipylam vincirent et supplicio afficerent;[1] tum demum suum sibi sensum habere fr. 60 I 20 sq. et 13 sq.[2] Quorum locorum hic praesertim aptus est ad Weckleinii opinionem refellendam, nam cum ancilla iamiam mortem subitura exclamat ὦ πρῷρα καὶ λευκαῖνον ἐξ ἅλμης ὕδωρ / Ἀργοῦς, ἰὼ παῖδ', ὡς ἀπόλλυμαι κακῶς absunt Euneus et Thoas, sin minus, aut surdi sunt aut statim iuxta matrem se stare perspiciunt. Quod et Petersen vidit (p. 589), qui arbitratur adulescentes Hypsipyla reginae tradita statim profectos esse nihil amplius curantes. Atque mirum sane officium, Weckleinio si credimus, a peregrinis regina postulet pro hospitalitate quam ipsius Hypsipylae benignitati debebant. Duos viros fortissimos missos esse ad ancillam vinciendam (60 I 29), quae eos paulo ante sibi obstrinxerat et quacum nulla praeterea eis res erat,[3]

1. Huc referendum putat, audacissima usus interpretatione, fr. 36 ἢ] ζῶν (i. e. ζῶσαν) λαβεῖν.

2. Eodem fere redeunt quae dicit Taccone (cf. Mekler p. 1387 sq.) fr. 64 II 1 sqq. laudans.

3. Quamquam fieri potuit ut post prologum iterum cum Hypsipyla congressi sint filii, cf. A. Gmür, Das Wiedererkennungsmotiv in den Dramen des Eur., p. 30: „dasz es aber nicht zu einer längeren Unterredung zwischen den Unerkannten gekommen sein sollte, ist nach der Oekonomie der euripideischen Wiedererkennungsstücke sehr unwahrscheinlich".

hoccine credibile?[1] Potius cum Schröder (p. 260) existimarit quispiam reginam, ut esset suspicax (cf. 60 I 36), adulescentes ab ancilla introductos domo eici iussisse. Sed ne hoc quidem verisimile mihi videtur. Cum tam incerta sint omnia, v. Herwerden autumat nihil ad filios pertinere Hypsipylae salutem et eo tantum consilio poetam eos induxisse „ut argumentum et variaret et populo, commixta traditione Attica, redderet gratius“. Ab altera autem parte Cruickshank recte observat neminem sine causa induci.

Iam pergamus ea recognoscere quae ad hanc quaestionem pertinent vel pertinere existimantur. Primo res nobis est cum fr. 61, cuius versus v. Arnim ingeniosissime de suo supplevit.

Vss. 4—6 de Thoante Euneoque agere videntur et, si recte Hypsipylae dati sunt a Gr.-H., illa fortasse filiorum alterum alloquitur rogatque ut se servitute liberet (Wilam.). Contra Murray vs. 5 legendum censet ῝ μ' οὐ παρόνθ' ὅμ[ως, quae verba non nisi a v i r o pronuntiata esse possunt. Utrum praestet difficile dictu; neque igitur Arnimium neque Morellium sequi ausim certum quendam contextum restituere conantes.

Memoratu digna sunt quae coniecit E. Petersen (p. 591 sqq.); qui sic ratiocinatur: fr. 60 II 97 sqq. Opheltis exsequiae cum ludis funebribus promittuntur Eurydicae, quod promissum exsolutum esse intelligimus, cum Amphiaraus fr. 64 II 68 dicit se iam Thebas profecturum esse. Ludorum descriptio Opheltis matri debebatur. Filii Hypsipyla reginae tradita abierant ad septem ducum exercitum (cf. supra p. 69) spe inducti ibi se de matre frustra iam diu quaesita aliquid cognituros esse. Amphiaraus enim vates ille inter duces est. Ad exercitum igitur veniunt et ludis funebribus eos interesse par est. Tunc omnium nominibus pronun-

---

1. Wecklein p. 13 comparat Antiopam fabulam: ibi Dircae iussu Antiopam comprehensam esse a filiis suis. Putat enim (p. 4 sq.) Aristotelis verba supra laudata (p. 66 sq.) ad Antiopam referri posse et memor fortasse est loci cuiusdam apud Schol. Apoll. Rhod. IV 1090: ἡ δὲ (Antiopa) φεύγει καὶ ληφθεῖσα πάλιν τοῖς ἑαυτῆς παισὶν ἐκδίδοται. At haec non sic explicanda sunt ut per filios tradatur, immo eis traditur ad supplicium. Cf. Schol. Eur. Ph. 102 ὕστερον δὲ παρέδωκεν (Δίρκη) αὐτοῖς τὴν Ἀντιόπην ἐπὶ τῷ διὰ ταύρων διασπάσαι. Vid. E. Graf, Die Antiopesage, Diss. Zürich 1884, p. 47 sqq.

tiatis Amphiaraus audit perspicitque qui sint advenae illi,[1] quos ad Hypsipylam ducit, ita ut iure dicere possit: *ἀπέδωκα κἀγὼ σοὶ πρόθυμ' ἐς παῖδε σώ* (64 II 65). Eurydicae igitur ludorum nuntius affertur praesente Hypsipyla; sed regina irae etiamnum indulgens ancillam ex Iasone duos illos adulescentes peperisse credere se negat, donec *ἄμπελος* aurea iam saepius commemorata persuadet ei ut dubitare desinat.

Totius huius argumentationis, cui insunt quae placeant, ultima redarguit fr. 60 quod (sub finem) reginam prorsus placatam esse luculenter docet.

Restat ut de Lycurgo agamus cuius nomen in tragoedia nostra vix occurrit.[2] Possis cum Weilio (p. 6) putare ideo apud poetam Eurydicam marito absente omnia administrare quia implacabilior sit matris animus erga Hypsipylam — i. e. „tragicae oeconomiae“ causa. Simplicius hoc est quam quod vult Wecklein: Lycurgum abesse ut facilius sit intellectu postea peregrinos adire Eurydicam hospitio obstrictos. At servorum magis quam nobilium adulescentium est, ancillam comprehendere, vincire, dominae tradere.

Contra Robert (p. 397) negat per totam fabulam Lycurgum afuisse; an eum veniam Hypsipylae datam, quin etiam libertatem redditam probaturum esse? Talem fabulae finem parum idoneum esse; versus igitur inde a fr. 64 II 111 (= 1632) usque ad 64 III 152 (= 1673, ubi in margine *Διόνυσος* nomen), ad *κομμόν* vix pertinentes, novum aliquem nodum continuisse, Lycurgum enim prodiisse, expoposcisse Hypsipylam, filios matrem tuentes fraudis insimulavisse; tum graviore imminente certamine deum ex machina apparuisse et omnia explicavisse.

Quae ne probemus obstat quod sic quarto opus foret histrione,

---

1. Item A. Gmür, Das Wiedererkennungsmotiv in den Dramen des Eur. p. 42: „Wahrscheinlich ist es, daß die beiden Söhne an den Leichenspielen für das verunglückte Königsknäblein als Sieger bekannt gegeben wurden“.

2. Apud Statium magnas partes agit, ex quo satis apparet illum ad tragoediam restituendam minoris esse momenti. Breviter indicabo poetae Latini narrationem: Ophelte mortuo Lycurgus ira incensus Hypsipylam interficere vult. Reclamant septem duces. Jurgio orto Euneus et Thoas, Lycurgi hospites, accedunt, Lycurgi partes sequuntur, sed in tempore matrem agnoscunt, deinde Amphiaraus cetera expedit.

nam mihi quidem minime persuasit Robert ut credam Thoantem, Euneo et rege colloquentibus, matrem abduxisse, tum Dionysi partes actas esse ab eodem histrione qui Hypsipylam egisset.

Operae pretium mihi visum est de variis virorum doctorum opinionibus ad filiorum in fabula nostra partes pertinentibus paulo fusius agere. Quamquam enim mihi non magis quam Morellio contigit ut ostenderem quatenus actionis participes fuerint Thoas et Euneus, quaestionis tam arte cum omnibus fragmentis cohaerentis rationem reddendam censui.

Excursus III.

De fr. 64 col. II vs. 93.

In prima Hypsipylae editione vv. dd. Gr.-H. textum traditum fragmenti 64 col. II vs. 93

Ἀργώ με καὶ τόνδ' ἤγαγ' εἰς Κόλχων πόλιν mutaverunt in — *ἐς Ἰωλκὸν πόλιν*. Quae emendatio proposita erat a Mahaffy: is enim negat (J. P. Mahaffy, On a Passage in Euripides' Hypsipyle, Hermathena vol. XV, No. 35, 1909, p. 347—352) Argonautas maris periculis obviam ituros duos parvulos (et nutricem!) secum ducere potuisse nave scilicet aperta, idque sine utilitate.

Observant praeterea Gr.-H. (O. P. VI p. 105) mirum hiatum esse in Eunei narratione nulla de itinere in Thessaliam mentione facta. Patet Euripidem rem sic exposuisse ut Iason e Colchorum terra redux iterum ad Lemnum appulerit et Hypsipyla non iam inventa pueros secum domum duxerit.[1] Apud Statium Hypsipyla ante exilium liberos Lycastae, ceteroquin nobis non cognitae, committit. Cf. Apoll. Rhod. I 904—6, ubi Iason Hypsipylae mandat ut, nisi ipse rediturus sit, prolem Iolcum mittat.

v. Herwerden emendationem his argumentis inductus probavit. Item Schröder (Berl. Ph. Woch. 1909, 264) mutationem propositam necessariam existimavit et versum sequentem *ἀπομαστί-*

1. Argonautas redeuntes ad Lemnum appulisse legimus apud Pindarum P. IV 251. Ceterum non multum auctoritatis hic locus habet, nam ex eis quae sequuntur (. . . *καὶ συνεύνασθεν*) colligendum videtur tunc **primum** Argonautas Lemnum venisse (Robert, Hermes 44, p. 380). Pindarus qui vs. 250 Medeam memorat de Hypsipyla hic non cogitat.

διόν γ' ἐμῶν στέρνων vertit „fern der Mutterbrust wie ihr wart, nach meiner Flucht, mochte Iason euch wohl mitnehmen".

Sed ea ipsa verba Wilamowitzium commovisse dicunt editores ut traditum *εἰς Κόλχων* retineret, sic enim tantum aptum transitum praeberi ad verba *ἀπομαστίδιον κτλ.* (yea, the nursling of my breast!).

Atque iam anno 1910 Schröder denuo imprimendum curavit *εἰς Κόλχων πόλιν* (Euripidis Cantica p. 177).

Deinde Hunt papyri lectionem, quam etiam v. Arnim retinet, in Fragm. Tragic. Papyraceis restituit.

Itaque nemo iam fidem habebat emendationi illi.[1] Nec mirum; impugnaverat enim eam v. d. Robert (Herm. 44) copiosa commentatione cui undique applaudebant. Defensio quam scripsit Mahaffy plerosque latuisse videtur. Cum autem versus ille permagni momenti sit ad diiudicandum quomodo Euripides mythum tractaverit agendum nobis est de Roberti commentatione.

Statuit Euripidem Medeam, quam ipsius poetae ingenium claram reddiderit, neglegere. Hoc utique verum est, etiamsi *ἐς Ἰωλκόν* legamus.[2] Medeam enim toleraturam non fuisse Iasonem Lemno redeuntem nothos (iure in hoc vocabulo offendit Mahaffy) repetere. Cogitari posse Euripide auctore Argonautas bis ad Lemnum appulisse: Iasonem in Colchos proficiscentem cum Hypsipyla se coniunxisse, redeuntem liberos suos petivisse. Vulgo famam esse, Argonautas venisse p o s t viros Lemnios trucidatos, ita ut cum viduis se coniunxerint. Secundum Euripideam autem Hypsipylam caedem p o s t Argonautarum adventum factam esse, caedis enim tempore Hypsipylam iam peperisse. Argonautis igitur appellentibus Lemni viros Thoante rege vivere. Regis hospitio eos uti consentaneum esse necnon iusto matrimonio regis filiam cum Iasone iunctam esse; hoc etiam verbis expressis dici ab Ovidio Her. 6,43 (quo loco argumento utendum non esse Robert concedit).

Cum Roberto etiam Mahaffy putat reginam iustam Iasonis uxorem fuisse et caedem virorum post Argonautarum abitum factam esse. Hoc autem me iudice minime necesse est. Rerum enim

1. Excipiendus est O. Immisch, apud Roscher s. v. Thoas p. 811 sqq.
2. Conf. tamen infra sub finem.

ordo non is est ut Hypsipyla caedis tempore patrem trucidare recusaret, statim fugere cogeretur, a piratis comprehenderetur — nam tunc revera cum Roberto credendum esset, geminos fratres iam natos esse ante caedem et Argonautas ante id tempus venisse — sed Euripides fabulam traditam nihil mutavit. Fr. 64 II 72 sqq. Hypsipyla narrat Lemno sibi fugiendum fuisse quia patrem servarit. Mirans Euneus num iussa sit eum necare rogat. Huic quaestioni non respondet sed horrore affecta dicit mulieres Lemnias viros interfecisse. Tunc Euneus rogat id quod imprimis cognoscere cupit, scilicet quomodo ei contigerit ut effugeret.

O m i t t i t u r igitur postea demum apparuisse Hypsipylam imperio crudeli non oboedivisse. Itaque etiam apud Euripidem hanc habemus fabulam: Hypsipyla patri parcit, feminarum insulam regit, postea ceterarum suspicione orta fugit. Ipsa autem ignorat patrem revera salvum esse. Id ex filiis cognoscit (fr. 64 II 106).

Roberto auctore caedes virorum postea facta est et Hypsipyla patre servato in oram maris fugit. Deserit igitur senem! Multo probabilius est — id quod in aliis etiam mythis audimus[1] — regem ab ea in *λάρνακι* mari et deorum praesidio commissum esse. Robert autem dicit eam liberos deserentem a poeta induci si Mahaffyi coniecturam accipiamus. Mahaffy contra monet apud Statium Hypsipylam filios sorori[2] commendare. At Robert putat Euripidem, magnum illum „psychologum“ heroinam alia dicentem facturum fuisse, verba scilicet doloris materni et excusationis plena, quippe quae olim liberos deseruerit. Talibus argumentis „subiectivis“ Mahaffy respondere non vult. Poterat rogare Robertum, quo modo is defendat Hypsipylam p a t r e m deserentem. „Mahaffyo si credimus“, Robert inquit, „Hypsipyla fugiente pueri adhuc Lemni erant. Sed Hypsipyla velut si novi aliquid narret dicit:

αἰαῖ φυγὰς ἐμέθεν ἃς ἔφυγον,
ὦ τέκνον, εἰ μάθοις, Λήμνου ποντίας . . .

et Euneus tamquam prorsus omnium ignarus: quomodo, inquit, mortem vitare potuisti?“

Quod contra dicere in promptu est, adulescentes nescire ea quae prima infantia gesta sint, Robert refellere vult hac ratiocina-

1. Cf. Usener, Sintflutsagen, p. 105 sq.

2. Lycastam (p. 72) iniuria Hypsipylae sororem appellari observavit A. Reußner, De Statio et Euripide, Diss. Hal. Sax. 1921, p. 42, n.

tione: altricem (Lycastam apud Statium), quam Mahaffy putat parvulos postea Iasoni tradidisse, eis et Iasoni si non omnia, at matris exilium narraturam fuisse.

Suo autem iure Mahaffy monet, ea quae de matris φυγαῖς narrantur, revera nunquam ad filiorum aures pervenisse; casu plurali significari „the various adventures of her flight".[1]

Praeterea Roberti opinioni haec oppono: 1° si adulescentes cognovisse oporteret ea quae gesta erant, imprimis virorum caedes et Hypsipylae magnanima recusatio iis nota fuisset. At Eunei stupore (ἦ γάρ σ' ἔταξαν κτλ.) discimus hoc eos nescire; ratio igitur fert etiam cetera quae multo minoris momenti sint eos ignorare; 2° patet apud Euripidem filios matrem quaerentes iter facere; ergo non omnino ignari sunt casus eius; si credendum sit Euripidem filios inducere omnia ignorantes, existimaverim poetam eo consilio id facere ut occasionem sibi praebeat renovandi — brevissime sane — fabulae memoriam.

Quod Robert ex dialogi contextu efficere vult pueros non iam Lemni morari quo tempore Hypsipyla patre servato fugeret, id quoque nititur falsa opinione, nempe uno tempore et Thoantem servatum esse et Hypsipylam fugisse.

Chorus narrat (1 II 19 sqq.) Hypsipylam nunquam non canere Argo vellusve quod serpens custodiat: φρουρεῖ. Ex hac forma (cui opponi potest e. g. Herc. 399 ἐφρούρει in simili contextu) Robert colligit Hypsipylam et chorum eventum Argonautarum expeditionis nondum cognovisse atque adeo ignorare utrum Argo omnino in Colchorum terram pervenerit et reversa sit. „Revera", Mahaffy respondet, „chorus et Hypsipyla ignari esse possunt eventus expeditionis. Hypsipyla nihil canit nisi 'the songs of the day when Jason was with his ship at Lemnos'. Praesentis forma φρουρεῖ tantummodo vividiorem reddit narrationem".

Praeterea intelligitur viginti fere annos esse cum Argonautae Lemnum venerunt. Roberto si credimus, chorus et Hypsipyla dicunt fieri posse ut Argo etiam in itinere sit vel huc illuc erret. En cum Iliade coniuncta Odyssea!

In eadem parodo chorus celebrat splendidum agmen Thebas expugnaturum. Quibus respondens Hypsipyla describit Argonau-

---

1. Quamquam etiam Bacch. 1350 φυγαί legitur eodem sensu quo φυγή.

tarum adventum in insulam Lemnum atque dicit: τάδε μοι τάδε θυμὸς ἰδεῖν ἵεται. Wilamowitzii coniectura ὑδεῖν non opus esse putat Robert; non esse habendam rationem verbi ἀναβοᾶν (1 III 17 ubi vid.); id non significare „cantu celebrare", sed „mit ermunterndem Zuruf begleiten". Quod comparatis Eur. Bacch. 1154 et Arist. Plut. 639 reiciendum mihi videtur; confert quidem duos locos Robert, sed minime ad persuadendum idoneos.[1]

„Utut est", pergit Robert, „parodus nullos Argonautarum casus, postquam ad Lemnum appulerunt, commemorat" (iterum responderi potest revera chorum ignarum esse). „Europam et Io commemorando chorus consolatur Hypsipylam; nam eae quoque ἐπὶ κυμάτων ierant et peregere felices factae erant. Hypsipylam de Argus adventu cogitantem patriae imago subit; τάδε μοι τάδε θυμὸς ἰδεῖν ἵεται significat fortasse eam cupere iterum Argo ad Lemnum appellentem videre.[2] Europae et Ioni opponit Hypsipyla Procridis exemplum, quae in Cretam traiecerat, in Atticam redierat, a suo ipsius marito necata erat. Textus corruptus est, sed maximam gravitatem habet navigatio". Itaque Robert dubitanter tamen proponit fr. 3 IV 2: ἐπὶ κυμάτων τε Πρόκριν. „Ad chori solacia surda est Hypsipyla. Nihil nisi mortem expectat: θάνατος ἔλαχε τάδ' ἐμὰ πάθεα[3]. Multis igitur annis circumactis iterum — si verum vidit Mahaffy — Argo Lemnum venisse et Iasonem pueros secum Iolcum duxisse comperit. Tantum autem abest ut gaudio exsultet ut nihil nisi ἀπομαστίδιον κτλ. dicat — quae iam diu non Lemni erat sed peregre servitutis iugum ferebat!" (Mahaffy iure monet nostri iudicii non esse utrum Hypsipylae verba contra naturam dicta sint necne.) „Etiamsi versus 93 et 94 fr. 64 II periissent, tamen

1. Bonam antithesin Robert videt in his: „Ich sehne mich nach dem Anblick der Argo, den Schlachten der Danaer mögen andere zujubeln". At „zujubeln" non est idem ac „mit ermunterndem Zuruf begleiten", necdum agitur de „proeliis"; immo in Roberti versione antithesis perit.

2. Cf. v. Arnim ad 1 III 14: „kann nicht H. wünschen, noch einmal die Argo landen zu sehen, mit deren landung damals ihre glücklichste zeit begann?"

3. Haec vix recta esse possunt. Bonum sensum praebet „mortua sum" vel „moritura sum", non autem „haec mea mala moritura sunt". Πάθεα ad sequentia pertinet: „(Procris illa carminibus celebrata est, licet mortua sit,) sed mea mala quis celebraturus est?"

commus et parodus diligenter considerati necessario docerent Hypsipylam a liberis disiunctam esse ante caedem Lemniam“. (Hoc falsum esse iam supra demonstrare conati sumus). „Eo magis igitur quod hic legimus Ἀργώ με καὶ τόνδ' ἤγαγ' εἰς Κόλχων πόλιν. Sic videmus etiam qua vi Hypsipyla dixerit (60 I 13 sq.): ὤ προ̣φ̣ῶ̣ρ̣α — ἰὰ παῖδε. Iason igitur sciente Hypsipyla liberos in Colchorum terram secum duxit. Quod cum Euneus obiter memorat aptissime Hypsipyla respondet: „ja wohl, fort von meiner Mutterbrust“. Parvuli ergo erant pueri. Tamen Argonautas totum annum Lemni moratos esse necesse est. Quod optime congruit cum Ovid. Her. 6, 56, ubi duo annos Lemni fuisse dicuntur“.[1]

His Mahaffy sic respondet: „Quare tandem ex verbis ἀπομαστίδιον κτλ. colligis eos infantes adhuc fuisse quo tempore Argo eos vexit, atque ideo navem eos in Colchorum terram transportavisse, non Iolcum in reditu? Iasone Lemno abeunte pro certo admodum pueri erant, fortasse etiam nondum erant nati. Tota expeditio unius anni tempus excessisse non necesse est, ita ut Argonautarum reditu lactentes adhuc fuisse possint. Ἀπομαστίδιον κτλ. non eam habet vim ut Hypsipyla re nota audita dicat ‘at tamen lactentes etiam abducti sunt’ (— with her consent, and on the wild-goose chase of the Argo to Colchis, lepide addit Mahaffy), sed re prorsus nova cognita, nempe Argo pueros avexisse, exclamat: ‘attamen — quamvis patris domum — procul a matris pectore’.“[2]

Vidimus igitur ut Robert verbose sane demonstrare conatus sit falsam esse coniecturam quae neque audax est, si litterarum ductus spectamus et scribae errorem corrigit, quem Colchorum terram — ‘so prominent a name in the legend’ (Mahaffy) — pro Iolco scripsisse nihil est quod miremur[3].

1. Hunc locum Robert conferre non debebat, nam ex versibus sequentibus apparet Iasonem ante pueros natos profectum esse.

2. Pro vocabulo ἀπομαστίδιον legendum censeo ἐπιμαστίδιον, cf. ad 64 II 94.

3. Observandum etiam est apud tragicos plus semel mentionem fieri terrae Colchorum (e. g. Aesch. Pr. 415, Eur. Med. 2), sed ubi urbs Colchorum commemoratur? At Iolcus urbis nomen occurrit apud nostrum (Med. 484, Alc. 249). His deliberatis ne Robert quidem textum servare

Nunc nobis inquirendum est num ea quae Robert e textu tradito colligit probari possint. Putat offerri hic nobis novam „Version der Jasonsage“ quam inserere vult fabulae heroicae. Hunc in modum ratiocinatur:

„Argo cum duobus pueris in Colchorum terram pervenit atque audimus Iasonem mortuum esse. Quae inter duas has res facta sunt non tanguntur. Ab Euripide autem discimus Orpheum Iasone mortuo puerorum tutorem esse. Orpheus unus ex Argonautis erat, ut et ipsa Hypsipyla testatur. Quaestio oritur utrum Iason redierit an in itinere mortuus sit. Nobis nullae nisi Corinthiacae fabulae de Iasone notae sunt; varias famas fortasse suppressit Medea Euripidea et Apollonius Rhodius. Quin etiam vellus aureum aliquatenus oblitteravit Medeae figura. In Hypsipyla fabula Euripides sequitur fortasse famam Corintho inimicam, ut Medea neglecta docet.

Imago in vasculo quodam saepius in lucem edito (vid. Robert p. 388 cum nota, Roscher II 1, 70, Radermacher, Das Jenseits im Mythos der Hellenen, 67) lumen nobis affert. Videmus ibi dracontem Iasonem d e v o r a n t e m. Athena adest: exstat fortasse fabula quae docet deam Iasoni iratam fuisse. Apparet Euripidem in Hypsipyla eadem fabula qua vasis pictor usum esse.“

Haec Roberti ratiocinatio statim multis probata est, e. g. Wecklein. Qui primo (Sitz. Ber. K. Bayer. Ak. d. Wiss. phil.-hist. Kl. 1909, 8. Abhandl.) ea quae Gr.-H. de verbis *ἀπομαστίδιον κτλ.* dixerant, impugnaverat et satis habuerat enumerare argumenta quibus coniectura *ἐς Ἰωλκόν* nititur, sed nullius partes secutus erat. In epilogo (Nachtrag) autem gaudere se declarat quod Robert aliam formam fabulae ad Iasonem pertinentis fuisse demonstraverit et addit sibi quoque occurrisse Iasonem in Colchorum terra mortuum esse; denique Robertum argumenta afferre ipsius opinionem de verbis *ἀπομαστίδιον κτλ.* confirmantia.

Cruickshank constare quidem arbitratur Euripidem in Hypsipyla aliam fabulam de Iasone secutum esse, sed Robertum nimis audacter dicere putat Iasonem a draconte necatum esse. Ceterum

---

poterit, sed scribendum ei erit: *Κόλχων χθόνα* (*χθόνα* et *πόλιν* in codd. identidem permutantur).

concedit (p. 15, n. 3) in textu *Κόλχων* et *Ἰωλκόν* confusa esse posse.

Quae autem Mahaffy de vasis imagine observat, aedificium ingeniose a Roberto structum subvertunt. Statuit Iasonem in imagine „limp and dead“ esse et praecipitem e draconte prodire (item E. Petersen, Rh. Mus. 68, 594 not., Radermacher p. 67) spectante Athena. Fieri non posse ut artifex Iasonem depinxerit ab ima corporis parte devoratum idque „limp and dead“. Immo Iasonem servari Athena interveniente; ab ea coactum monstrum heroem exspuere; deinde vitam ei redditum iri.

Quicumque imaginem accurate contemplatur Mahaffy assentiatur necesse est. De Roberti invento nihil iam dicendum est; nam et ceterae eius conclusiones de Hercule pro Iasone substituto fundamentis demptis sponte collabuntur.[1]

Robert inquirit (p. 398) quatenus Euripides fabulam mutaverit. „Vas illud“, inquit, „poeta antiquius est, ergo Euripides non primus dixit Iasonem a draconte interimi. Sed rerum ordinem mutavit: caedem post Argus adventum ponit eo consilio ut Hypsipylae fuga arte cohaereat cum ipsa causa, quod Thoanti scilicet pepercerit. Secundum Apollodorum (I 17, 2; III 6, 4, 2) post annum demum mulieres Thoantem deprehendunt et interficiunt,

1. Hypothesin de Iasone a draconte devorato nuper etiam pluribus imaginibus collatis stabilire conatus est Robert (Griech. Myth., III 1, 1921, p. 800); praeter vasculum illud citat „zwei unpublizierte schwarzfig. Scherben in Berlin und Bonn, deren Deutung auf diesen Vorgang indessen nicht sicher zu sein scheint“ et „ein etruskischer Skarabaeus, Furtwängler Gemmen Taf. LXI 24“. Testae illae quid doceant diiudicare non possum; ipsa Roberti verba de auctoritate earum ut addubitem efficiunt. De scarabaeo autem hoc scripsit Furtwängler (II p. 274): „Aus dem Rachen einer großen bärtigen Schlange kommt der Oberkörper eines nackten jugendlichen Helden mit Helm, Schild und Schwert heraus; er sticht mit dem Schwerte nach dem Drachen. Nach Maßgabe des bekannten attischen Schalenbildes (Mon. dell' Inst. 2, 35; Roscher's Lexikon II, 86) ist der Held Jason zu nennen. Die attische Schale gehört dem Anfang des 5. Jahrh. an; der etruskische Scarabäus zeigt guten strengen Stil und gehört derselben Epoche an“.

His perpensis tamen persuadere mihi non potui vasculi et scarabaei imagines eandem fabulam spectare, praesertim cum hic Iasonem mortuum ex beluae ore pendentem, illic nescioquem fortiter se defendentem videamus.

Hypsipylam vendunt. Apud Hyginum et Statium Thoas in λάρνακι mari committitur et postea demum Argonautis profectis Hypsipylae dolum comperiunt feminae. Recte igitur Euripides rem mutavit. Sciebat se veterem famam evertere, quae in locum virorum interfectorum Argonautas substituebat. Mutatione opus erat siquidem Hypsipyla non Lemni manebat sed in exilium abiit".

Supra demonstrare conatus sum rerum ordinem a poeta non esse mutatum. Roberti argumenta quibus talem rationem minime necessariam probare vult perquam infirma sunt. Quare miror virum doctum Mahaffy eam expositionem tamquam rem nulli dubio obnoxiam accipere. Multo autem maioris momenti eiusdem opinio est de ratione qua Euripides fabulam tractaverit.

Facere non possum quin hic in fine argumenta eius ponam: „Euripidi recedendum fuit a fabula ad Iasonem et Medeam pertinente. Hypsipyla Nemeam habitans atque Iason cum Medea Corinthi incolae coniungi non possunt. Hypsipyla Argus semper memor ignorat Corinthiacas Iasonis sedes. Sed sunt qui tradant Iasonem in Thessaliam rediisse. Neque Medeam exclusam esse necesse est, vel in Hypsipyla fabula. Quod Medeam Euneus et Thoas matre recuperata tacent, id verecundiae dandum est et facile intelligitur. Consulto eos tacere Iasonis mors brevissime commemorata docere videtur. Quocum consentiunt verba satis obscure dicta: 'Argo — pro Iasone, patre nostro — domum nos reduxit'. Iason non mortuus erat, sed cum vellere aureo rediit et ad Lemnum appulit ut Hypsipylam prolemque peteret.[1] Hypsipyla non iam aderat, sed parvulos quos illa reliquerat Argo vexit. Tempore non multo interieclo Iason mortuus est. Tunc Orpheus eos, iam 'growing boys', adoptavit".

1. Et Robert et Mahaffy Hypsipylam iusto matrimonio cum Iasone iunctam esse arguunt. Quod etiamsi viri iam trucidati sint et Hypsipyla regina facta sit verum esse potest. Quin consentaneum est.